puram, amplam, devotam, nuncupat aliis nominibus, et ad eas nos hortatur dicens : *Obsecro primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones.* Nam obsecrationes verecundo, orationes puro, postulationes amplo, gratiarum actiones sunt affectu devoto.

2. Diximus de generibus affectionum et orationum : dicamus etiam qua puritate sit orandum. Et quidem tria videntur mihi hic esse necessaria, quibus orationis intentio firmiter est adstringenda. Considerare namque debet is qui orat, et quid petit, et ipsum quem petit, et seipsum qui petit. In eo autem quod petit, duo debet attendere, ut secundum Deum sit quod postulat, et ut hoc ipsum in summo affectus desiderio habeat. Verbi gratia, si mortem inimici, si læsionem seu dejectionem proximi orando petierit, non est secundum Deum talis oratio, cum ipse præcipiat, et dicat : *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos; et orate pro persequentibus et calumniantibus vos.* Si vero peccatorum remissionem, si Spiritus Sancti gratiam, si virtutem aliquam sapientiam, si fidem, veritatem, justitiam humilitatem, patientiam, mansuetudinem, et cætera spiritualia charismata quæsierit, et ea cogitando vehementer affectaverit, hæc secundum Deum est oratio et hæc vere mereatur audiri. De hujusmodi enim orationibus loqui-

tur per Isaiam Deus : *Antequam clament, ego exaudiam; adhuc illis loquentibus ego audiam.* Sunt et alia, quæ cum desunt, a Deo dantur, et possunt esse vel non esse secundum Deum, quantum duntaxat interest finis ad quem referuntur : ut est corporis sanitas, pecunia, exterarumque rerum affluentia : quæ etsi a Deo sint, non tamen sunt magni pendenda, nec ex desiderio possidenda. Similiter et in ipso quem petit, debet duo considerare, bonitatem, et majestatem. Bonitatem, qua gratis velit, et majestatem, qua plane possit dare quicquid petitur. Sed et in seipso qui petit, debet nihilominus duo attendere, id est, ut pro suis meritis nihil accepturum putet, sed de Dei misericordia tantum quicquid rogaverit, impetraturum speret. Tunc ergo dicitur cor purum, quando tria hæc quæ dicta sunt et eo modo quo dicta sunt, cogitat. Et quisquis hac puritate et intentione cordis oraverit, exaudiri se sciat : quia, sicut testatur Petrus apostolus, *Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum et operatur justitiam acceptus est illi.*

SERMO CVIII.

De spirituali minutione sanguinis.

Minuendi sanguinis duplex est causa. Interdum qua-

ou bien il en a trop, ou bien il l'a mauvais. Une abondance excessive de sang n'est pas moins dangereuse que son altération. Or, le sang de notre âme c'est notre volonté, car, de toutes les humeurs du corps, le sang est par excellence le soutien de notre nature, la vie de notre âme est dans notre volonté. Il faut donc nous tirer aussi de la volonté quand elle est mauvaise, parce qu'elle est une cause de maladie spirituelle. Oui, qu'on la diminue du moins puisqu'on ne peut la tirer tout-à-fait et nous en saigner à blanc. Il faut en ouvrir, en couper la veine avec le fer de la componction, afin de livrer passage au consentement du péché, si on ne peut en laisser couler toute espèce de sentiment. Est-ce que vous pensez qu'il ne peut point y avoir dans l'âme une abondance inutile de sang même bon ? Écoutez comment un sage médecin nous apprend qu'il faut nous tirer du sang de la justice. » Ne soyez pas trop juste (*Eccl. vii, 17*), » nous dit-il. Ce qui se rapporte parfaitement à ces paroles de l'Apôtre : « Ne pas être plus sage qu'il ne faut, mais être sage avec sobriété (*Rom. xii, 3*). » Qui doit-on éviter de saigner, si la justice et la sagesse ont besoin d'être saignées elles-mêmes ? Est-il un sang plus utile ? Et pourtant, rappelez-vous bien que d'être juste à l'excès, ce n'est point être juste, et qu'on ne saurait appeler sagesse, une sagesse ivre de sagesse, si je puis parler ainsi. Ainsi évidemment en est-il du sang du corps, s'il devient trop abondant, ce n'est plus un aliment pour lui, mais un détriment. Si donc vous trouvez encore du charme à pécher, vous avez le sang gâté, il faut vous hâter d'opérer une saignée. Si vous voulez faire pénitence, il faut châtier votre corps, affliger vos membres et vous juger vous-même, pour ne

Que faut-il entendre par le sang qu'il faut tirer quand il est mauvais ou trop abondant.

Il y a un excès même dans la justice et dans la sagesse.

point tomber entre les mains du Dieu vivant : cela est juste, j'en conviens ; mais il ne faut pas aller trop loin, ou sinon, vous devez réprimer cette ardeur immodérée, de peur qu'elle ne nuise à l'union et ne serve l'indiscrétion.

CENT-NEUVIÈME SERMON.

Il faut éviter le vain éclat des vertus. Prenons garde, mes frères, que, trompés par le vain éclat des vases, nous n'ayons à nous plaindre, mais trop tard, que nos lampes s'éteignent. Pour moi, je pense que celles qui paraissent s'éteindre alors, n'ont jamais été allumées. En effet, il est dit : « Le royaume des cieux est semblable à dix vierges qui prennent leurs lampes (*Matth. xxv, 1*) : » qui prennent, dit le Seigneur, non point qui allument. D'ailleurs, comment les auraient-elles allumées, puisqu'elles n'avaient point pris d'huile avec elles ? Et comment le feu aurait-il brûlé, là où manquait la matière qui lui sert d'aliment ? Mais la chasteté même seule brille : il est vrai, aussi plus elle est une lampe brillante même sans feu, plus est belle la génération chaste avec la charité. C'est de la même manière, que même dans les vierges folles, on voit le renoncement à toutes les autres voluptés, la patience dans les adversités, l'honnêteté dans la conduite, et la circonspection dans les paroles, la charité que fait l'aumône et toutes les bonnes œuvres semblables, plaire par une sorte de grâce naturelle et briller comme d'un éclat inné ; mais parce que ces vertus brillaient plutôt de l'éclat du verre que de celui du feu, il s'ensuivit par là même, qu'elles pensèrent que leurs lampes étaient

litas, interdum quantitas obest : nec minus pernicioſa immoderata abundantia, quam corruptio. Sanguis animæ meæ, voluntas mea. Naturæ siquidem cognatus præ cæteris humoribus sanguis dicitur, et animæ vita in voluntate est. Minuatur ergo prava voluntas, quæ morbi causa est spiritualis. Minuatur, inquam, dum penitus exhauriri exsiccarique non potest. Scindatur et aperiatur vena ferro compunctionis, ut peccati, etsi non omnis sensus, certe consensus effluat et abjiciatur. An dubitas inveniri et in anima sanguinis non inutilis inutilem abundantiam ? audi sapientem medicum, qui et ipsum docet justitiæ sanguinem minuendum. *Noli, inquit, nimium esse justus.* Simile est et istud Apostoli : *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Cui putas venæ parcendum est, si et justitia, et sapientia egent minutione ? Quis enim sanguis utilior ? Illud tamen memento, nec nimis justum, justum : nec ebriam (ut ita loquar) sapientiam oportet sapientiam nominari. Sic nimirum et in sanguine corporis invenire est, ubi exereverit nimis, non jam nutrimentum afferre corpori, sed detrimentum. Quamobrem si peccare delectat adhuc, sanguis vitiosus est, et minere festinato. Si vis agere pœnitentiam, castigare * oportet membra, corpus affligere, judicare temetipsum, ut non inci-

das in manus Dei viventis. Justum id quidem, sed ne quid nimis. Alioquin reprimendus est fervor immoderatus, ne noccat unitati, serviat indiscretioni.

SERMO CIX.

De inani splendore virtutum caveado.

Caveamus, fratres, ne vasorum interim vacuo splendore decepti, sero conqueri habemus quod lampades nostræ exstinguuntur. Ego enim reor minime fuisse accensas, quæ tunc videntur extingui. Sic nempe habes : *Simile est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas.* Accipientes dixit, non accendentes. Quomodo enim accenderunt, quæ non sumpserunt oleum secum ? Aut ubi ignis materia deficit, quomodo ignis fuit ? At luce castitas etiam ex seipsa. Sed quanto lucidior lampas ardens, quam sine igne, tanto pulchrior casta generatio cum charitate. Sic et cæteris voluptatibus temperantia, et patientia in adversitatibus, honestas in conversatione, et circumspectio in sermone, elemosyna quoque et hujusmodi opera pietatis, naturali quadam placere gratia, et velut ingedito decore etiam apud fatuas virgines repitere videntur. Ad quoniam vixitæ magis quam ignea claritate fulgebant, sic ipse

* *al. punire.*

éteintes, parce qu'elles s'aperçurent que ce vain éclat était éclipsé par la lumière éternelle.

CENT-DIXIÈME SERMON.

Paroles de l'homme à soi-même ou plutôt à son âme.

Quelle est notre misère et de combien de sortes est notre indigence ! Nous avons besoin même de parler, mais si c'est doublement misérable, ce n'est pourtant point étonnant que nous ayons besoin de nous parler les uns aux autres, mais ce l'est bien plus que nous ayons besoin de nous parler à nous-mêmes. « Nul ne connaît ce qui est dans l'homme, si ce n'est l'esprit de l'homme qui est en lui (1 Cor. ii, 11). » Il s'est creusé un grand abîme entre nous, il faut que la parole intervienne comme un instrument pour qu'il y ait passage d'un cœur à l'autre, pour la communication de nos pensées. Voilà le besoin qui a fait inventer la parole. Qui l'ignore ? Mais de plus, c'est à nous-mêmes que nous éprouvons le besoin de parler, en effet, le Prophète s'écrie : « O mon âme, est-ce que tu ne seras pas soumise à Dieu, car c'est de lui que vient mon salut (Psal. lxi, 1) ? » Quel homme n'éprouve souvent le besoin de rappeler son âme, d'appeler sa raison, de rassembler ses sentiments ? Quel homme n'éprouve fréquemment le besoin de s'adresser à lui-même la parole, de se presser de menaces, de se donner des avis, de s'accuser soi-même ? Que dis-je, il doit même recourir à des raisonnements pour se persuader lui-même. Telle est, en effet, cette réflexion du Prophète : « car c'est de lui que vient mon salut ; » quelquefois aussi il se console, comme lorsqu'il dit : « pourquoi es-tu triste, ô mon âme, et pourquoi me troubles-tu

(Psal. xli, 6) ? » D'autres fois il semble s'exciter et il se dit : « Lowe Dieu, ô mon âme (Psal. cxlv, 1). » Enfin, il ne lui arrive pas une fois, mais plusieurs fois, de s'avertir lui-même des choses qu'il a à faire, comme lorsqu'il dit : « O mon âme, bénis le Seigneur, et garde-toi bien d'oublier tout ce que tu tiens de lui (Psal. cii, 2). » C'est que, en effet, mon cœur m'a abandonné, et je me trouve dans la nécessité de me parler à moi-même, ou plutôt à un autre moi-même, et cela d'autant plus longuement, que je suis encore moins rentré dans mon cœur, moins retourné en moi-même, enfin moins uni à moi. Car il n'y aura plus de nécessité de nous parler même les uns aux autres quand nous courrons tous à ne plus faire qu'un seul homme parfait. Les langues cesseront bien à propos, on n'aura plus besoin d'interprète de l'un à l'autre, quand notre unique Médiateur aura si bien rempli toute charité entre d'eux, que nous serons plus qu'un nous-mêmes, avec ceux qui sont vraiment et à jamais qu'un, je veux dire avec Dieu le Père, et Jésus-Christ même, Notre-Seigneur.

CENT-ONZIÈME SERMON.

Il faut prouver sa foi par sa vie et par ses mœurs, ou les six témoignages à rendre à Dieu.

1. On ne doute point, pour peu qu'on ait seulement le nom de chrétien, que l'éternelle félicité de la céleste patrie, et les tourments de l'enfer réservés aux impies, surpassent non-seulement les sens du corps de l'homme, mais encore la portée même de l'intelligence du cœur. Plût au ciel que cette foi subsistât dans tous les hommes, et produisit des conséquences dignes d'une telle croyance, d'un côté, allumât nos désirs et de l'autre

La langueur de notre foi et sa torpeur sont cause que nous sommes tièdes dans le soin de notre salut.

lampades suas arbitrabantur extingui, quo nimirum inanem hunc splendorem ab æterna conspexerint luce reprobati.

SERMO CX.

De allocutione hominis ad seipsum, vel animam suam.

Quanta est miseria nostra, et indigentia nostra quam multiplex ! Etiam verbis opus habemus. Et cum utrumque sit miserum, non jam mirum quod inter nos : mirum magis, quod etiam ad nos ipsos. *Nemo scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in ipso.* Chaos magnum inter nos firmatum est, nisi interveniente quasi instrumento verborum fiat ad invicem transitus quidam cordium in communicatione cogitationum. Hac necessitate inventa sunt verba : quis nesciat ? Verumtamen et nos ipsos verbis jam all. qui necesse est, *Nonne Deo subjecta eris anima mea ?* Propheta ait : *Ab ipso enim salutare meum.* Et cui non frequenter necesse est animam revocare suam, advocare rationem suam, suos convocare affectus ? Cui non opus est crebro seipsum convenire verbis increpare minis, sollicitare monitis, urgere accusationibus ? Quin etiam

ratiociniis suadere expedit : quale est, *Ab ipso enim salutare meum* : et consolari aliquando, juxta illud, *Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me ?* et interdum velut excitare, et dicere, *Lauda anima mea Dominum* : et nonnunquam diligentius commovere de quibus oportet, ut est, *Benedic anima mea Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus.* Nempe cor meum dereliquit me, et necesse habeo ad meipsum, imo ad me alterum loqui. Atque id interim tanto amplius, quanto minus sum adhuc reversus ad cor, reversus in me, unitus denique mihi ipsi. Nam ne invicem quidem erit jam verbis uti, ubi in unum utique virum perfectum occurremus omnes. Opportune igitur linguæ cessabunt ; nec medius requiretur interpres, ubi usque adeo medium omne charitate constraverit ille unicus Mediator, ut et nos in unum facti simus in ipsis, quæ vere sempiternæque unum sunt, Deo Patri, et ipso Domino Jesu Christo.

SERMO CXI.

De Fide vita et moribus contestanda ; seu de sex testimoniis Deo perhibentis.

1. *Æternam cœlestis patriæ, ad quam nostra peregrin-*

excitât nos craintes? En effet, qu'est-ce qui nous empêche de braver les épées tirées contre nous, ou même de passer par les flammes s'il le fallait, pour échapper à un tel malheur, et pour nous élaner vers une si grande gloire, si ce n'est que notre foi est insensible et morte? Ajoutez à cela, pour mettre le comble à notre malheur, aux obstacles de notre salut et aux occasions de nous perdre, que, dans l'estime que nous faisons de cette double fin qui nous attend, notre cœur n'est pas d'accord avec le jugement, et que même dans l'examen des deux voies qui se présentent à nous, nous ne tenons pas assez compte du jugement de la vérité même. Il ne faut pas nous étonner si nos désirs ne sont excités par aucun goût de vertu, la pensée de l'éternelle félicité elle-même, les laisse engourdis, ni qu'on ne craigne point l'amertume présente du péché, puisque même les supplices éternels préparés au diable et à ses anges, ne nous inspirent aucune appréhension. Cela ne s'explique que parce que, dans les choses qui nous touchent de près, bien qu'elles soient moindres que d'autres, nous désirons avec plus d'ardeur les agréables, et redoutons de même les fâcheuses.

2. Mais ce dont je ne puis assez m'étonner, c'est que notre foi chancelle au sujet du présent quand elle semble si certaine sur l'avenir. C'est ainsi, ô insensés enfants d'Adam que, ne jugeant et ne discernant point ce qui est, lorsque vous avez les promesses de la vie présente et de la vie future (I *Tim.* iv, 8), vous vous montrez incrédules et infidèles dans la vie même qu'il vous est donné de vivre, en sorte qu'il semble évident que la foi des pro-

messes à venir, ne nous a été laissée que pour mettre le comble à votre damnation. On peut en dire autant des menaces que des promesses. En effet, est-ce que le Dieu qui nous assure qu'il y a un royaume préparé pour les élus, et un feu pour les réprouvés, n'est pas le même qui nous atteste avec autant de vérité et de la même bouche, que ceux qui ne s'approchent point de lui sont dans le travail et la peine et sont chargés, tandis que ceux qui viennent à lui ne sauraient défaillir, comme pourrait le craindre la faiblesse humaine, mais seront fortifiés par lui? Celui qui nous promet un royaume à jamais délectable est le même qui nous assure que son joug est doux et son fardeau léger. Celui qui nous promet une béatitude éternelle dans la patrie, nous promet aussi dans la vie présente du repos et des forces. Enfin le Prophète nous dit : « L'oreille n'a point oui, l'œil n'a point vu, et le cœur de l'homme n'a jamais conçu ce que Dieu a préparé pour ceux qui l'aiment (*Isa.* lxiiv, 4 et I *Cor.* ii, 9) : » Et nous le croyons bien volontiers tous. Quant au maître même des prophètes, voici comment il s'exprime : « Venez à moi vous tous qui travaillez et qui êtes chargés, et je vous soulagerai : prenez mon joug sur vous, et vous trouverez le repos pour vos âmes, car mon joug est doux et mon fardeau léger (*Matt.* xi, 28). » Or, combien n'y en a-t-il pas qui détournent l'oreille de leur cœur? Car pour celle du corps peut-être n'oseraient-ils point le faire. Qu'est-ce que cette incrédulité-là? Ou plutôt quelle folie n'est-ce point? Comme si la Sagesse pouvait se tromper, ou la vérité induire en erreur? Comme si la charité ne voulait point don-

D'où vient
que les
promesses et
les menaces
de Dieu
nous
touchent si
peu.

natio suspirat, felicitatem, et e contra gehennæ paratos impiis cruciatus, omnem excedere humani non modo corporis sensum, sed etiam intellectum cordis, nemo dubitat, qui vel nomine tenus sit fidelis. Atque utinam viveret in omnibus fides ista, et credulitatem, ut dignum erat, sequeretur; hinc quidem desiderium, inde timor! Quid est enim, quod non optamus etiam per medios enses, aut, si oporteat, semiusti declinare miseriam tantam, et ad tantam accelerare gloriam, nisi quod insensibilis est, et mortua fides nostra? Accedit sane ad cumulum infelicitatis, salutis impedimentum, occasionem perditionis nostræ, quod in æstimatione quidem finis utriusque affectio nostra iudicio non consentit; sed in consideratione viarum ne ipsum quidem satis tenemus iudicium veritatis. Nec mirum si nulla virtutum delectatione movetur desiderium, quod etiam circa illam æternam beatitudinem torpet: aut si præsentem non metuit amaritudinem peccatorum, qui ne ipsa quidem parata diabolo et angelis ejus æterna supplicia pertimescit. Nisi quod in cæteris utique consuevimus ipsa, quorum vicinior nobis experientia est, etsi longe minora sunt, vehementius et jucunda appetere, et formidare molesta.

2. Illud satis mirari nequeo, cur fides nostra in præsentibus titubat, quæ de futuris tam certa videtur. Sic fatui filii Adam non judicantes, neque quod verum est

discernentes, cum promissiones habeatis vitæ ejus quæ nunc est, pariter et futuræ, in ea quam protinus est experiri, omnino incredulos vos exhibetis et infideles; ut palam fieri videatur, non nisi ad cumulum damnationis relictam vobis fidem futuræ promissionis? Idipsum sane considerare est et de comminatione. Nonne enim idem ipse, qui paratum asserit electis regnum, reprobis ignem, eodem ore et eadem veritate testatur, laborare et oneratos esse, quicumque ad ipsum non accedunt: accedentes autem non defecturos, ut est trepidatio pusillanimitatis humanæ, sed reficiendos ab ipso? Qui regnum ineffabiliter delectabile pollicetur, ipse jugum suum suave et onus leve esse testatur. Qui æternam beatitudinem promittit in patria, præsentem quoque requiem et refectorem repromittit in via. Denique propheta loquitur, dicens: *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus diligentibus se;* et facile credimus universi. Loquitur ipse Dominus prophetarum: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos: tollite jugum meum super vos, et inveniatis requiem animabus vestris; jugum enim meum suave est, et onus meum leve;* et quam multi avertunt cordis auream? nam corporis jam forte non audent. Quid incredulitatis istud est, imo quid insanis? Quasi vero aut falli Sapientia, aut fallere Veritas possit? Quasi aut Charitas quod offert,

ner ce qu'elle offre, ou la Toute-Puissance ne pouvait tenir à ses promesses.

3. Quel homme est assez adonné au plaisir de la table et des sens pour ne point embrasser la sobriété et la chasteté, s'il était certain qu'elles lui donneront de plus grandes jouissances? Qui est assez ambitieux pour ne point se montrer content de l'état le plus humble, et de la pauvreté la plus extrême, s'il savait que la charité qui ne cherche point ses propres avantages est plus aimable, comme elle l'est en effet, que toutes les dignités de ce monde? Où est l'avare qui ne ferait fi de tous les trésors, s'il était convaincu que la pauvreté est plus agréable? C'est donc en vain maintenant que Jésus-Christ nous assure de toutes les façons que son fardeau est léger, puisque ceux-là même qui portent le nom de Chrétiens réputent le fardeau du diable, et le joug de la chair et du siècle beaucoup plus délicieux. Mais d'où vient, Seigneur mon Dieu, que vous êtes, en effet, aussi inconsidéré qu'ils le font croire? Pourquoi promettre si haut ce qu'il est si facile de prouver que vous n'accordez point? Vous assurez que votre esprit est plus doux que le miel en ses rayons, et voilà là des hommes qui trouvent plus douce la chair du gibier, que dis-je, ô honte, le corps d'une prostituée, la vanité du siècle. Malheur à eux! Les infortunés ne jugent les choses que d'un côté, et ils ont du dégoût pour votre manne cachée qu'ils n'ont point goûtée! Ah, ceux qui en ont fait la double expérience, savent bien que Dieu est véridique (*Rom. III, 4*), tandis que tout homme est menteur, aussi devrait-on regarder leur témoignage comme extrêmement digne de foi, mais, ô mon Dieu, on se rit et on tient aussi peu compte de vos promesses que de l'expérience des vôtres, car les hommes charnels ne

perçoivent point les choses qui sont de Dieu; elles leur paraissent de la folie (*I Cor. II, 14*). Il ne faut pas s'étonner que l'homme ne croie pas à l'expérience d'un autre homme quand il ne croit pas même à la promesse de son Dieu. Voilà donc comment nous sommes traités d'insensés, nous autres qui prêchons la douceur de la croix du Seigneur, parlons avec éloge des délices de la pauvreté, exaltons la gloire de l'humilité, et n'ayons à la bouche que les louanges des délices de la chasteté. Eh bien qu'on traite d'insensé avec nous le Prophète qui nous assure qu'il a trouvé des délices dans la loi du Seigneur, comme on en trouve dans tous les trésors du monde (*Psal. CXXIII, 14*).

4. Mais vous qui êtes sages à vos propres yeux, préférez à la loi de Dieu, je ne dis point tous les trésors du monde, mais les quelques richesses que vous pouvez mendier où vous voudrez, mais jamais votre foi n'aura un témoignage. C'est en vous qu'il se trouvera, dans le secret, dans un recoin (*Matt. VI, 4*), là où le Père céleste lui-même ne saurait vous voir, mais où il peut vous dire « je ne vous connais point (*Matt. XXV, 12*). » Vous croyez fermement que Dieu est juste, véridique, rémunérateur, tout-puissant, souverainement bon et éternel. Soyez donc des aspics sourds et se bouchant les oreilles pour ne point entendre ses reproches quand il vous dira : « Montrez-moi votre foi sans les œuvres (*Jacob. II, 18*). » Que vous en coûte-t-il de croire? Mais gardez-vous bien d'entrer dans la voie des commandements, car elle est ardue, roide et impraticable. Ah! hommes malheureux, infortunés! vous n'avez point trouvé la voie qui conduit à la cité où vous pussiez habiter (*Psal. CVI, 4*), aussi vous êtes-vous égarés dans des lieux où il n'y a ni chemin ni sentier. Les termes de la voie

Les hommes charnels se rient des promesses des biens futurs.

dare nolit : aut omnipotentia non valeat reddere quod promittit.

3. Quis enim hominum adeo voluptati et luxuriæ deditus est, qui non sobrietatem et castitatem magis eligeret, si certus esset, eas sibi delectabiliores fore? Quis tam ambitiosus, qui non inciperet vilitate omni et extremitate esse contentus; si, ut vere est, charitatem quæ non quærit quæ sua sunt, dignitatibus universis sciret amabiliorem? Quis tam avarus, qui non omnino divitias sperneret, si jucundiorer crederet paupertatem? Nunc autem Christus frustra clamat de levitate operis sui : sine causa jugum suum suave prædicat : quandoquidem et ab ipsis qui Christiano censentur nomine, opus diaboli, et jugum carnis atque sæculi hujus delectabilius reputatur. Sed unde tibi vel inconsideratio tanta, quanta ab ipsis imponitur, Domine Deus meus? Cur tam publice polliceris, quod tam facile deprehenderis non implere? Dulciorem super mel et favum spiritum tuum asseris : et ecce isti dulciorem invenerunt carnem venationis : carnem, proh pudor! meretricis; sæculi vanitatem. Væ miseris! de parte judicant et tanquam amarum fastidiunt magna tuum absconditum, quod non gustaverunt! Sane qui probaverunt utraque,

ecce hi sciunt, quia Deus verax, omnis autem homo mendax. Ipsorum proinde testimonia esse debuerant credibilia nimis : sed cum promissionibus tuis, tuorum quoque experientia contemnitur et ridetur. Carnalis siquidem homo non percipit quæ sunt spiritus Dei, sed stultitia illi videntur. Nec mirum, si experto non credit homini, qui Deo non credit promittenti. Ergo iusani reputamur, qui crucem Domini prædicamus esse suavem; qui delectationem paupertatis magnificamus, extollimus humilitatis gloriam, eructamus delicias castitatis. Insanus nobiscum æstimetur et Propheta, qui dicit delectatum se esse in testimoniis Domini, sicut in omnibus divitijs.

4. Vos qui sapientes estis in oculis vestris, non omnes, sed paucas, quas utcumque mendicare potestis, divitias, divinis præferite testimonijs, ut nullum unquam habeat testimonium fides vestra. Penes vos sit in occulto, in abscondito, ubi ne ipse quidem videat Pater qui est in cælis; sed dicere possit, quia nescio vos. Firmiter creditis Deum justum, veracem, remuneratorem, omnipotentem, summe bonum, æternum. Exhibete vos aspides surdas, et obturantes aures, nequando audiat vocem impropertantis, et dicentis : *Ostende mihi fidem tuam*

Péchés par défaut de foi.

Les chrétiens qui vivent mal font le Sauveur trompeur et menteur.

qui vous semble bonne, et que vous trouvez charmante, mais qui n'a, en effet, rien qui ressemble à de vrais charmes, c'est un précipice qui va jusqu'au fond de l'enfer; c'est là qu'il y aura des pleurs et des grincements de dents. Sortez de votre sommeil, ô vous qui êtes ivres, et pleurez si vous ne voulez point que ces larmes ne vous prennent à l'improviste. Car quand vous direz, paix et sécurité, alors la mort fondra tout à coup sur vous, comme les douleurs de l'enfantement saisissent la femme grosse, et vous ne pourrez y échapper (1 *Thess.* v, 3) : Ce sera avec justice assurément, puisque vous vous plaisez aujourd'hui à perdre le temps pendant lequel vous devriez voir, et vous vous détournez de la seule voie ouverte à la fuite.

5. Le Seigneur a dit : « Priez Dieu que votre fuite n'arrive ni en hiver, ni le jour du sabbat (*Matt.* xxiv, 20). » Fuyez pendant que le temps est favorable, et qu'une voie pleine de charmes se présente à vous. Fuyez pendant les six jours qu'il est permis de travailler. Fuyez dans les six témoignages dont nous avons parlé plus haut, je veux dire dans les témoignages de la justice, de la vérité, de la rémunération, de la toute-puissance, de la souveraine bonté et de l'éternité, si vous ne voulez point, je ne dis pas donner, mais souffrir le dernier, je veux dire le septième témoignage, celui du zèle. Race de vipères, qui vous a avertis de fuir la colère à venir (*Luc.* iii, 7)? La voie où vous courez est une voie de mort, une voie de perdition, une voie dont le terme est un précipice au fond même de l'enfer. Pourtant il vous reste toujours une espérance, car vous n'êtes pas encore arrivé au terme de votre voie, je veux dire de votre vie. Hâtez-vous de le prévenir, ce terme, de peur que

sine operibus. Credere quanti vobis constat? Viam autem testimoniorum nolite ingredi, quoniam ardua est, aspera, et inambulabilis. Miseri et infelices! qui viam civitatis habitaculi non invenistis; et ideo erratis in invio, et non in via! Finis nempe viarum, quæ videntur vobis bonæ, quas delectabiles vos esse judicatis, (neque enim vere quidquam delectationis habent) demergitur in profundum inferni: ibi erit fletus et stridor dentium. Expergiscimini ebrii et flete, ne fletus ille perpetuus apprehendat incautos. Cum enim dixeritis: pax et securitas, tunc subitaneus vobis superveniet interitus, tanquam in utero habenti, et non effugietis. Merito plane, qui nunc fugiendi tempus scienter amittitis, et refugitis effugiendi viam.

5. *Orate,* inquit Dominus, *ut non fiat fuga vestra hieme, vel sabbato.* Fugite, dum tempus est acceptabile, et via delectabilis exhibetur. Fugite sex diebus, quibus operari licet. Fugite in testimoniis sex illorum quæ supra tetigimus, justitiæ, veritatis, remunerationis, omnipotentiae, summæ bonitatis, æternitatis: ne forte septimum, divini scilicet zeli testimonium, non tam delis, quam sustineatis inviti. Genimina viperarum, quis vos docuit fugere a ventura ira? Via mortis est, in qua curritis; via perditionis, via cujus finis demergit in pro-

surpris vous-mêmes vous ne demeuriez là où vous seriez tombés. Venez, mes enfants, écoutez-moi, je vous enseignerai la voie du salut, la voie du témoignage de Dieu dans laquelle vous puissiez goûter des délices pareilles à celles qu'on trouve dans des trésors.

6. Que notre première étape nous conduise jusqu'à votre cœur, car c'est là, pécheurs, que la voix de Dieu nous appelle, là, que le témoignage de sa justice engendre la crainte et la componction. De là, passons à la confession des lèvres et n'hésitons point à rendre témoignage à la Vérité même contre nous, car elle rougira devant son Père de quiconque aura rougi d'elle devant les hommes (*Luc.* ix, 26). Faisons marcher ensuite le détachement de nos biens et la distribution de nos richesses selon ce qui est écrit : « Il a répandu des biens avec libéralité sur les pauvres, sa justice demeure dans tous les siècles (*Psal.* cxl, 6), » et ailleurs : « Si vous voulez être parfaits, allez, vendez ce que vous avez, donnez-le aux pauvres, et vous aurez un trésor dans le ciel (*Matt.* xix, 21). » Dans ce libéral partage de vos biens se trouve le témoignage des largesses divines et de ses dons abondants, car celui qui donne ses dons de son plein gré, montre évidemment qu'il en attend de plus considérables de la main du Seigneur. Mais il y a un quatrième témoignage à rendre à Dieu, c'est celui de la toute-puissance; il se trouve dans la mortification du corps. Sans doute il faut semer un corps animal, mais c'est pour qu'il ressuscite spirituel (1 *Cor.* xv, 44). Celui donc qui épargne sa chair ne vous semble-t-il point douter de sa résurrection et de son changement? De même celui qui n'est pas contrit de cœur doute de la justice; celui qui ne confesse

Le témoignage de la justice.

De la vérité.

De la libéralité.

De la toute-puissance

fundum inferni. Adhuc tamen spes est, quia necdum viæ, id est vitæ, finis advenit. Festinate prævenire sinem: ne subito præoccupati, quocum que cecideritis, ibi sitis. Venite filii, audite me: viam salutis docebo vos, viam testimoniorum Dei in qua delectemini et vos sicut in omnibus divitiis.

6. Sit prima diæta usque ad cor. Illuc nempe prævaricatores vocat vox divina; ubi testimonium ejus componctionem generet et timorem. Hinc sane procedatur ad confessionem oris, ut non cunctemur etiam contra nosmet ipsos perhibere testimonium veritati. Quisquis enim coram hominibus erubuerit illam; hunc et illa erubescet coram Patre suo. Sequatur deinde possessionum distractio, distributio facultatum, sicut scriptum est: *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Et item: *Si vis esse perfectus, vade et vende omnia quæ habes, et da pauperibus; et habebis thesaurum in cælo.* Est enim in hac liberali proprietatis effusione testimonium largitatis divinæ et copiosæ retributionis, ut qui sponte distribuit sua, indubitanter sperare videatur de manu Domini ampliora. Adhuc autem et quantum quoque præbeas necesse est testimonium omnipotentiae: dico autem in corporis afflictione. Seminandum quippe est animale corpus, sed ut spirituale resurgat

Il faut donner à Dieu c'est-à-dire à ses attributs six témoignages.

point de bouche ses péchés, doute de la vérité, et celui qui est avare doute des récompenses futures, et ainsi de suite pour les autres attributs. Et si vous allez jusqu'au point de renoncer à votre propre volonté, vous rendez un témoignage indubitable à la bonté de Dieu, car, en venant là, vous attes-
 De la bonté. tez hautement que vous ne voulez point faire votre volonté, mais celle de Dieu que vous placez avant la vôtre, vous criez sinon de la bouche et de la langue, du moins de fait, et en vérité, que personne n'est bon, si ce n'est Dieu (*Luc. xviii, 19*).

7. Il vous reste après cela à persévérer, car la persévérance est le reste de la route à faire, c'est le témoignage de l'éternité. En effet, la persévérance dans notre genre de vie est une image de l'éternité de Dieu, puisque nous reproduisons dans cette vie ce qu'il est en lui-même en imitant, dans la faible mesure de notre pouvoir, son incommutabilité. Voilà ce qui faisait dire au sage : « L'insensé est changeant comme la lune, et le sage stable comme le soleil (*Eccl. xxvii, 12*). » Telle est la voie, mes très-chers frères, parcourez-la, car c'est en montant de vertu en vertu que vous verrez le Dieu des dieux dans Sion (*Psal. lxxxiii, 8*). Puisse à cette glorieuse vision nous conduire le Seigneur des vertus et le Roi de gloire, Jésus-Christ Notre-Seigneur, qui est la voie, la vérité et la vie.

car il y a une conscience bonne, mais qui n'est point tranquille; il y en a une tranquille sans être bonne; il s'en trouve une troisième sorte qui n'est ni bonne ni tranquille et une quatrième qui est bonne et tranquille. La conscience tranquille sans être bonne est la conscience de ceux qui pêchent dans l'espérance et se disent intérieurement que Dieu ne se met pas en peine de nous; c'est la conscience des jeunes gens surtout. Celle qui est bonne sans être tranquille, c'est la conscience de ceux qui, étant enfin revenus à Dieu, repassent leurs années dans l'amertume de leur âme. La conscience ni bonne ni tranquille est celle des hommes qui désespèrent de leur salut en songeant à la multitude de leurs péchés. Enfin celle qui est bonne et tranquille est celle qui a assujéti la chair à l'esprit et qui se montre pacifique au milieu de ceux qui haïssent la paix. Celle-là est le lit de l'âme. C'est là, en effet, qu'elle goûte le repos, mais un repos encore imparfait, car pour qu'il fût parfait, il faudrait que sa conscience fût non-seulement bonne et tranquille, mais encore en pleine sécurité. Aussi le Psalmiste continue-t-il en ces termes : « Car il a délivré mon âme de la mort, mes yeux des larmes et mes pieds de toute chute (*Psal. cxiv, 8*) : » De la mort, en nous donnant une bonne conscience; des larmes, en nous la donnant tranquille et bonne; de la chute, en nous la donnant pleine de sécurité.

CENT-DOUZIÈME SERMON *

O mon âme, rentre dans ton repos (Psal. civ, 7).

L'âme travaille et se repose dans sa conscience,

CENT-TREIZIÈME SERMON.

« Purifiez-moi, Seigneur de mes fautes cachées, et préservez votre serviteur des fautes des autres

Non tibi ergo qui parci corpore, de resurrectione et immutatione hæsitare videtur? Sic et qui non compungitur animo, de justitia; et qui non confitetur, de veritate; et qui avarus est, de retributione futura. Eodem quoque modo considerare est et cætera quæ sequuntur. Etenim si eousque proficias, ut propriæ abrenunties voluntati certissimum istud est divinæ testimonium bonitatis. Veniens nimirum non tuam, sed ipsius facere voluntatem, commendas magnifice, quam sic præfers; clamans non verbo, neque lingua sed opere et veritate: quia nemo bonus, nisi solus Deus.

7. Superest ut perseverantiæ studeas. Hæc enim viæ consummatio est, et testimonium habet æternitatis. Imago siquidem æternitatis divinæ, perseverantia est conversationis nostræ; ut quomodo ipse est, ita et nos simus in hoc sæculo, incommutabilitatem illam pro modulo possibilitatis nostræ imitantes. Hinc quippe Sapiens ait: *Stultus ut luna mutatur, sapiens permanet ut sol*. Hæc est ergo via, dilectissimi, ambulata in ea: quoniam ascendendo de virtute in virtutem videbitur Deus deorum in Sion. Ad cujus gloriam visionis ipse nos perducat Dominus virtutum et Rex gloriæ, qui est via, veritas, et vita, Jesus-Christus Dominus noster.

SERMO CXII.

1. *Convertere anima mea in requiem tuam, Laborat*

et requiescit anima in conscientia, quia conscientia alia bona, et non tranquilla: alia tranquilla, et non bona: alia nec tranquilla, nec bona: alia bona, et tranquilla. Tranquilla et non bona eorum est, qui in spe peccant, et dicunt in corde suo, quod Deus non requiret: et ista maxime adolescentium. Bona, et non tranquilla, eorum est, qui jam conversi ad Dominum, recogitant annos suos in amaritudine. Nec bona, nec tranquilla, eorum, qui præ multitudine peccatorum desperant. Bona, et tranquilla eorum, qui carnem spiritui subdiderunt: qui cum his qui oderunt pacem, sunt pacifici. Hic est lectus animæ: in hoc requiem capit anima, sed non perfectam. Oportet autem ut perfectam possit præstare requiem, non solum bona et tranquilla sit conscientia, sed etiam segura, unde subjungit: *Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos a lapsu*. De morte, dando bonam conscientiam: à lacrymis, dando tranquillam et bonam: a lapsu, dando securam.

SERMO CXIII.

Ab occultis meis munda me Domine, et ab alienis parce servo tuo. Tria sunt occulta: illicita actio, dolosa intentio, impudica affectio. Prava operatio inquinat memoriam, dolosa intentio rationem vel mentem, impudica

Trois choses cachées.

(Psal. XVIII, 13). » Il y a trois choses cachées ; les actions illicites, les intentions mensongères, et les affections impudiques. Les actions mauvaises souillent la mémoire, les intentions mensongères souillent la raison ou l'esprit, et les affections impudiques souillent la volonté. La mémoire se purifie par la confession, l'esprit par la lecture et les affections ou la volonté par l'oraison. Vous serez pur des fautes d'autrui, si vous n'insultez point le pécheur, si vous ne vous éloignez point de lui, si vous ne consentez point à son péché, si vous ne fermez point les yeux sur sa faute. Il est de la justice de n'y point consentir, et même de vous y opposer avec énergie ; la force demande que vous ne vous éloigniez point et que vous supportiez au contraire avec patience les fautes du prochain ; la tempérance, que vous ne l'insultiez point, et même que vous compatissiez à son malheur pour le diriger ; la prudence que vous ne fermiez pas les yeux sur ses fautes et que vous fassiez en sorte de faire cesser le mal.

Comment on peut se purifier des fautes des autres.

CENT-QUATORZIÈME SERMON.

V. la cité de Dieu de saint Augustin.

La paix du corps résulte de l'ordre et de la mesure de toutes ses parties. La paix de l'âme irraisonnable vient du repos bien ordonné de ses appétits. La paix de l'âme raisonnable naît de l'accord de la pensée et de l'action. La paix du corps et de l'âme provient d'une vie bien ordonnée et du salut de l'être animant. La paix de l'homme et de Dieu est dans l'obéissance bien ordonnée par la foi, sous la loi éternelle. La paix des hommes est toute dans une concorde bien ordonnée. La paix d'une maison, dans la concorde bien ordonnée de ses habitants ; dans le commandement et dans l'obéissance, il en est de même de la paix de la cité. La paix de la cité céleste est l'accord bien ordonné

On distingue plusieurs sortes de paix.

et bien unanime de jouir de Dieu et de vivre en lui. La paix de toutes choses est la tranquillité de l'ordre, et l'ordre consiste dans la disposition qui donne aux choses semblables et aux dissemblables la place qui leur appartient.

CENT-QUINZIÈME SERMON.

« Que l'homme monte au haut de son cœur, et Dieu sera exalté (Psal. LXIII, 7). » Il y a un cœur élevé, un cœur humble et un cœur qui tient le milieu entre les deux premiers. Le Prophète dit : « Pécheurs revenez à votre cœur (Isa. XLVI, 8). » Le premier pas que fait un pécheur, est celui de l'esclave, c'est de tendre à un cœur humble auquel il est traîné par le jugement. Le second est celui d'un mercenaire, il le conduit au cœur qui tient le milieu, il y est appelé par le conseil. Le troisième est celui d'un fils, et c'est vers un cœur élevé qu'il tend, il est attiré par le désir. C'est alors que Dieu est exalté, c'est-à-dire est au dessus du cœur, attendu que, pouvant être saisi par la raison, il est désiré par l'affection et par l'amour. Or remarquez bien que ces pas en avant ou ces ascensions se font dans le cœur, ce qui fait dire au Prophète : « Il a disposé des ascensions dans son cœur dans cette vallée de larmes (Psal. LXXXIII, 6). » Mais il arrive quelque fois que l'homme intérieur excède la raison et se trouve ravi au dessus de lui-même, c'est ce qui s'appelle un ravissement d'esprit. Nous disons donc qu'il y a quatre degrés dans l'ascension. Le premier conduit au cœur, le second est dans le cœur, le troisième part du cœur, et le quatrième est au dessus du cœur. Au premier, on craint le Seigneur, au second, on entend le conseiller, au troisième, on désire l'époux, et au quatrième, on voit Dieu.

Il y a trois sortes de cœur.

Il y a quatre degrés dans l'ascension.

affectio voluntatem. Mundatur memoria per confessionem, mens per lectionem, affectio vel voluntas per orationem. Ab alienis mundus eris, si non insultes, si non discedas, si non consentias, si non dissimules. Justitiæ est non consentire, sed cum rigore resistere : fortitudinis, non discedere, sed mala proximi patienter tolerare : temperantiæ, non insultare, sed cum moderamine compati : prudentiæ, non dissimulare, sed sollicitè ut mala desinant providere.

SERMO CXIV.

Pax corporis est ordinata temperantia partium. Pax animæ irrationalis, ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis, cogitationis actionisque consensus. Pax corporis et animæ, ordinata vita et salus animantis. Pax hominis ac Dei, ordinata in fide sub æterna lege obedientia. Pax hominum, ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi atque obediendi concordia cohabitantium. Pax civitatis similis est. Pax cœlestis civitatis, ordinatissima et concordissima societas fruendi Deo, et vivendi in eo. Pax omnium rerum, tranquillitas

ordinis. Ordo est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio.

SERMO CXV.

Accedet homo ad cor altum, et exaltabitur Deus. Est cor altum, cor humile, cor mediocre. Dicit propheta : Redite prævaricatores ad cor. Prima accessio prævaricatoris servi ad cor humile : ad quod trahitur per judicium. Secunda accessio mercenarii ad cor mediocre : ad quod vocatur per consilium. Tertia filii ad cor altum : ad quod levatur per desiderium. Et tunc exaltatur Deus, id est supra cor elevatur : ut dum non potest comprehendi per rationem, desideretur per affectionem et amorem. Et nota, quod accessiones istæ sive ascensiones in corde aguntur. Unde dicit Propheta : Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum. Sed aliquando homo interior rationem excedit, et supra se rapitur ; et dicitur excessus mentis. Unde et quatuor gradus ascensionis esse dicimus. Primus ad cor, secundus in corde, tertius de corde, quartus supra cor. In primo timetur Dominus, in secundo auditur consiliarius, in tertio desideratur sponsus, in quarto videtur Deus.

CENT-SEIZIÈME SERMON.

« Si donc vous êtes ressuscités avec Jésus-Christ, recherchez ce qui est dans le ciel (*Coloss. III, 1*). » Il y a deux morts et deux résurrections. La première mort est celle de l'âme et la seconde, celle du corps. La mort de l'âme est la séparation de Dieu, celle du corps est la séparation de l'âme. La première est l'œuvre du péché, et la seconde est la peine. De même, la première résurrection est l'œuvre de l'avènement humble et caché du Christ, la seconde, celle du corps, le sera de son avènement glorieux et public. L'âme invisible a été créée à l'image de Dieu, c'est ce qui fait dire à l'Écriture : « Dieu a fait l'homme à son image et à sa ressemblance (*Gen. I, 26*). » Il l'a fait droit; aussi l'extérieur de l'homme, je veux dire son corps, se montre-t-il droit dans sa forme, ayant la vie et le sens, afin que par cet homme extérieur, et visible nous comprenions l'homme intérieur et invisible, celui qui a été créé droit dans sa volonté, vivant dans sa connaissance sensible, dans son amour. Et, de même que le corps, c'est-à-dire, l'homme extérieur, recouvrera le sens et la vie à la résurrection, ainsi dans la résurrection, l'âme, j'entends l'homme intérieur, reconvre la vie et le sens aussi, c'est-à-dire la connaissance et l'amour. Que la connaissance soit l'amour, la Vérité même nous l'atteste quand elle dit : « Telle est la vie éternelle, c'est de vous connaître, vous qui êtes le Dieu vivant, et de connaître celui que vous avez envoyé, Jésus-Christ (*Joan. XVII, 3*). » Et que l'amour soit le sens, voici d'où je le conclus. De même que l'homme intérieur ne se discerne pas dans sa vie, parce qu'il vit également dans tout ce qui est

Il y a deux
morts
et deux
résurrections.

La connais-
sance
c'est la vie.

V. le sermon
1.

SERMO CXVI.

Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite. Duæ sunt mortes, et totidem resurrectiones. Prima mors animæ, secunda corporis. Mors animæ, separatio a Deo : mors corporis, separatio animæ a corpore. Hanc operatur peccatum, illam pœna peccati. Item, prima resurrectio animæ operatus est humilis et occultus Christi adventus : resurrectionem corporis, gloriosus et manifestus Christi perficiet adventus. Sed anima invisibilis est ad imaginem Dei creata, unde dicit Scriptura : *Fecit Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam.* Rectum quidem. Unde et exterior homo, id est corpus, in forma sua rectus apparet, habens vitam et sensum : ut per hunc exteriorem et visibilem, illum interiorem et invisibilem intelligeremus : qui rectus factus est in voluntate, vivus in cognitione, sensibilis in amore. Et sicut corpus, id est exterior homo, in resurrectione sua vitam et sensum recipiet ; ita et in resurrectione sua vitam et sensum anima, id est interior homo, recipit, id est cognitionem et amorem. Quod autem cognitio vita sit, veritas attestatur dicens : *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, et quem misisti Jesum-Christum.* Et quod amor sit sensus, hinc accipe.

lui; dans le sens au contraire, il se manifeste en cinq endroits bien connus, dans la vue, dans le goût, dans l'ouïe, dans l'odorat et dans le toucher, car il sent d'une manière dans l'œil, et d'une autre manière dans la bouche, et ainsi des autres sens. Ainsi en est-il de l'homme intérieur. S'il ne se discerne point dans la connaissance, il se discerne dans l'amour, et de même que l'homme extérieur se manifeste par cinq sens, ainsi l'homme intérieur est affecté par cinq attributs invisibles de Dieu, par sa vérité, sa justice, sa sagesse, sa charité et son éternité. En effet, il est affecté d'une manière par sa justice qu'il aime à cause de sa douceur, et d'une autre manière par sa vérité qu'il aime à cause de sa liberté ; il est affecté d'une façon par la charité qu'il aime à cause de sa vertu, et d'une autre façon par son éternité, qu'il aime à cause de sa sécurité.

CENT-DIX-SEPTIÈME SERMON.

L'âme fidèle a son paradis, mais son paradis spirituel non terrestre, un paradis par conséquent plus délicieux et plus secret que celui-ci. Dans ce paradis-là, l'âme trouve des délices comparables à celles qu'on goûte dans les trésors. Il en sort quatre sources qui sont la vérité, la charité, la vertu et la sagesse, c'est à ces sources que l'âme fatiguée, va puiser une eau salutaire. Or, l'âme de l'homme est sujette à quatre sortes de maladies, de vices, ce sont la crainte, la concupiscence, sa propre iniquité et l'ignorance. En effet, vaincue par la crainte, elle est portée au mal, attirée par la concupiscence, elle glisse vers le vice, et poussée par sa propre iniquité, elle se met volontairement à sa

Les quatre
sources
spirituelles
du Paradis.

V. le livre IX
des Fleurs,
chapitre IV.

L'âme est
travaillée
par quatre
sortes
de maladies.

Sicut homo interior in vita non discernitur, quia in toto suo æqualiter vivit ; in sensu autem discernitur in quinque partes notissimas, scilicet visum, gustum, auditum, odoratum, et tactum ; quia aliter sentit in oculo, aliter in ore, et sic in cæteris : ita interior homo in cognitione quidem non discernitur, sed in amore. Et sicut ille in quinque partibus sensus dividitur : ita iste circa quinque invisibilia Dei afficitur, quæ sunt veritas, justitia, sapientia, charitas, æternitas. Aliter enim afficitur circa veritatem, quam diligit propter libertatem : aliter circa justitiam, quam diligit propter suavitatem : aliter circa charitatem, quam diligit propter virtutem : aliter circa æternitatem, quam diligit propter securitatem.

SERMO CXVII.

Habet fidelis anima paradisum suum, spiritalem quidem, non terrenum : et idcirco priori illo delectabiliorem et secretiorem. In hoc delectatur anima, sicut in omnibus divitiis. De hoc paradiso prodeunt fontes quatuor, id est, veritas, charitas, virtus, sapientia. De his fontibus laboranti animæ salubres aquæ hauriuntur, Laborat enim anima humana quadruplici morbo vitiorum, scilicet timoris, concupiscentiæ, propriæ iniqui-

remorque, séduite enfin par l'ignorance, elle tombe dans le vice. C'est aux âmes que ces maux travaillent et qui en gémissent, que le Prophète adresse ces paroles consolantes : « Vous puiserez avec joie de l'eau aux fontaines du Sauveur (*Isa. xii, 3*). »

V. le 96^e
des sermons
divers.

4. Porro autem supercœlestis spiritus absque adjutorio corporis, et absque intuitu horum quæ per corpus sentiuntur, sola profecto suæ vicinitate ac vivacitate naturæ sufficit apprehendere summa, et infima penetrare. An non hoc Apostolus intellexit, qui cum diceret, *Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur*; adjecit protinus, *a creatura mundi*? Nimirum quoniam a creatura cœli non ita. Quo enim is involutus carne et terræ incolæ spiritus, ex consideratione sensibilibus proficiens, gradatim quodam modo paulatimque nititur pervenire: eo ille cœlestium habitator ingenita subtilitate ac sublimitate sua, in omni velocitate facilitateque pertingit, nullo utique sensus corporei adminiculo fultus, nullo corporei membri adjutus officio, nullo corporeæ cujuscunque rei informatus intuitu. Cur enim inter corpora spirituales scrutetur sensus, quos in libro vitæ et absque contradictione legit, et absque difficultate intelligit? Cur in sudore vultus sui laboret excutere grana de paleis, de uvis vina, et de amurca oleum, qui ex omnibus satis abundeque ad manum habet? Quis mendicet victum suum per domos alienas, in sua abundans panibus? Quis puteum fodere curet, et in terræ visceribus venas aquarum cum labore rimari, cui ultro affatim aquas limpidas fons vivus emanat? Nec brutus ergo, nec angelicus spiritus ad ea capessenda, quæ beatam

n'en a pas besoin à cause de la gloire éminente dont il jouit.

L'esprit de l'homme a besoin de l'aide du corps.

5. Pour ce qui est de l'esprit de l'homme qui tient comme le milieu entre le plus élevé et le plus bas, il est évident qu'il a tellement besoin d'un corps, que, sans cela, il ne peut ni profiter lui-même, ni servir les autres. Car, sans parler des autres parties du corps et de leurs usages, comment, je vous prie, pourriez-vous, sans la langue, instruire celui qui vous écoute, ouïr sans oreilles celui qui vous instruit ?

6. Puis donc que sans le secours du corps, l'esprit animal ne peut rendre les devoirs de sa condition servile, ni celui de l'ange accomplir son ministère de charité, ni l'âme raisonnable servir son prochain par soi-même, en ce qui regarde le salut, il paraît, que tout esprit créé a absolument besoin de l'assistance du corps, ou pour l'utilité des autres, ou pour la sienne et pour celle des autres et la sienne en même temps. Il y a des animaux, direz-vous, qui sont incommodes, et dont on ne saurait tirer aucun avantage. Ils servent au moins pour la vue, s'ils n'ont point d'autre usage, et ils sont plus utiles à l'âme de ceux qui les regardent, qu'ils ne le pourraient être au corps de ceux qui s'en serviraient. Et, quand même ils seraient nuisibles et pernicieux à la vie temporelle des hommes, il y a toujours en eux des choses qui contribuent au bien de ceux qui selon le décret éternel de Dieu, sont appelés à l'état de sainteté, sinon en servant d'aliment, ou en rendant quelque autre service, du moins en exerçant l'esprit par une voie facile, ouverte à tout homme raisonnable, et en le conduisant à la connaissance des grandeurs invisibles de Dieu, par la considération

Il y a des animaux qui semblent nuisibles et qui sont utiles à l'homme.

des choses créées et visibles. Car le diable et ses satellites dont l'intention est toujours mauvaise, désirent sans cesse nuire, mais à Dieu ne plaise que ce soit à ceux qui sont remplis de zèle et dont il est dit : « Qui vous pourra nuire, si vous êtes pleins d'un bon zèle, (1. *Pet.* III, v. 13)? ». Au contraire, ils servent aux bons, quoique ce soit contre leur dessein, et ils contribuent à leur bien et à leur avantage.

Le diable même, quoiqu'il ne le veuille point, a son côté utile pour l'homme.

7. Au reste, les corps des anges leur sont-ils naturels, comme ceux des hommes sont naturels aux hommes, sont-ce des animaux comme les hommes, mais immortels, ce que les hommes ne sont pas encore ; changent-ils de corps et leur donnent-ils telle forme et telle figure qu'il leur plaît, lorsqu'ils veulent apparaître, les rendant épais et solides, autant qu'ils le veulent, quoique en réalité ils soient impalpables et invisibles, à cause de leur nature subtile et déliée ? Ou bien, d'une substance simple et spirituelle * même, prennent-ils ce corps, lorsqu'il en est besoin, et après avoir fait ce qu'ils souhaitent, le quittent-ils et le font-ils résoudre en la même matière dont ils l'ont tiré ? Ce sont autant de questions que je vous prie de ne point faire. Les pères semblent partagés là dessus, et pour moi, je ne vois pas bien quelle est l'opinion vraie, j'avoue même que je ne le sais pas. De plus, je crois que la connaissance de ces choses serait assez inutile pour votre avancement spirituel.

Doutes au sujet du corps des anges.

8. Sachez seulement, que nul esprit créé ne

* Saint Bernard propose le même doute, dans le livre v de la *Considération*, chapitre iv. On peut voir sur ce point les notes de Horstius.

spiritualem faciunt creaturam, suis ullo modo corporibus adjuvantur; ille quidem pro innata stoliditate non capiens, iste vero pro excellentioris gloriæ prærogativa non indigens.

5. Porro hominis spiritum, qui medium quemdam inter supremum et infimum tenet locum, usque adeo ad utrumque necessarium habere corpus manifestum est, ut absque eo nec ipse proficere, nec alteri prodesse possit. Nam, ut laceam membra cætera corporis, officinae membrorum; quoniam modo, quæso, aut sine lingua iustris audientem, aut sine auribus percipis instrumentum ?

6. Itaque cum absque corporis adminiculo nec bestialis spiritus servilis conditionis solvere debitum, nec spiritualis cœlestisque creatura implere ministerium pietatis, nec rationalis anima tam proximo, quam etiam sibi sufficiat consulere ad salutem; liquet omnem creatum spiritum, sive ut juvet, sive ut juvetur simul et juvet, corporeo prorsus indigere solatio. Quid enim si qua animantia, quantum ad usum sui, reperiantur incommoda, nullisque apta usibus humanarum necessitatum ? Prosunt profecto visu, et si non usu; utiliora cordibus intuentium, quam utentium esse corporibus possent. Etsi nociva, etsi etiam perniciose temporali hominum constet esse salutem; non tamen deest eorum corporibus unde cooperentur in bonum his, qui secundum propo-

situm vocati sunt sancti; et si non cedendo in cibum, aut exhibendo ministerium, certe ingenium exercendo; juxta eum, qui utique omni utenti ratione præsto est, communis disciplinæ profectum, quo *invisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur*. Nam et diabolus ejusque satellites, cum sit semper eorum maligna intentio, nocere quidem semper cupiunt, sed bonis æmulatoribus, quibus dicitur, *Quis vobis nocere poterit, si boni æmulatores fueritis?* absit ut possint: magis autem prosunt et * nolentes, cooperanturque in bonum bonis

7. Cæterum angelica corpora, utrumnam ipsis spiritibus naturalia sint, sicut omnibus sua; et sint animalia sicut homines, immortalia tamen, quod nondum sunt homines; porro ipsa corpora mutant et versent in forma et specie qua volunt quando apparere volunt, densantes et solidantes ea quantum volunt, cum tamen in sui veritate præ subtilitate naturæ atque substantiæ suæ impalpabilia sint, et nostris omnino inattingibilia visibus: an vero simplici spirituali substantia subsistentes, corpora cum opus est sumant, rursumque expleto opere ponant in eandem, de qua sumpta sunt, materiam dissolvenda; nolo ut a me requiratis. Videntur Patres de hujusmodi diversa sensisse; nec mihi perspicuum est, unde alterutrum doceam; et nescire me fateor. Sed et vestris profectibus non multum conferre arbitror harum rerum notitiam.

s'unit de lui-même au nôtre, en sorte que, sans le secours d'aucun corps, il se confonde tellement avec nous, que par cette communication ou cette infusion, il nous rende savants ou plus savants, bons ou meilleurs. Nul ange, * nulle âme n'est capable de se joindre à moi de cette façon, ni moi de la recevoir. Les Anges même ne sauraient non plus se joindre les uns aux autres. Cette prérogative n'est réservée qu'à l'esprit souverain, à cet esprit sans bornes et sans limites, qui seul, lorsqu'il instruit les anges ou les hommes, n'a que faire de nos oreilles pour se faire entendre, non plus que de bouche pour parler. Il se répand dans nos âmes par lui-même, il se fait connaître par lui-même. Être pur, il est compris par ceux qui sont purs. Seul il n'a besoin de personne, seul il suffit à lui-même et à tous par sa seule toute-puissante volonté.

9. Ce n'est pas qu'il n'opère aussi un nombre infini de choses merveilleuses par les créatures corporelles ou spirituelles qui lui sont soumises ; mais c'est en commandant, non pas en empruntant leur concours. Par exemple, de ce qu'il se sert maintenant de ma langue pour faire son œuvre, c'est-à-dire pour vous instruire ; c'est un effet de sa bonté, non de son indigence, puisque sans doute il le pourrait faire par lui-même, et avec beaucoup plus de grâce et de facilité. Ce n'est pas non plus pour se soulager qu'il le fait ; mais pour que j'acquière des mérites à votre progrès dans la vertu. Il faut que tout homme qui fait du bien

soit bien convaincu de cela, de peur qu'il ne se glorifie des biens de Dieu en lui-même, et non pas dans le Seigneur. Il y en a pourtant qui font le bien sans le vouloir, comme un homme méchant, ou un mauvais ange. Et, en ce cas, il est certain que le bien qui est fait par lui, n'est pas fait pour lui, puisque nul bien ne peut servir à celui qui le fait malgré soi. Il n'en est donc que le dispensateur, et je ne sais comment un bien qui est fait par un mauvais dispensateur nous en semble plus doux et plus agréable. Et c'est pour cela que Dieu fait aussi du bien aux bons par les méchants, car il n'a pas besoin de leur ministère pour atteindre ce but.

10. Quant aux êtres qui n'ont ni raison ni sentiment, il est constant que Dieu s'en sert beaucoup moins pour agir. Mais quand ils contribuent aussi à quelque bonne œuvre, on voit bien que toutes choses obéissent à celui qui a droit de dire : « Toute la terre est à moi. (Psal. XLIX, 12). » Ou plutôt, parce qu'il sait parfaitement quels sont les moyens les plus convenables pour faire quelque chose, il ne cherche pas tant la vertu des créatures corporelles dont il se sert, que la convenance et le rapport qu'elles ont avec les effets pour lesquels il s'en sert. Supposant donc comme certain, qu'il se sert ordinairement fort à propos des corps pour accomplir ses ouvrages, comme, par exemple, des pluies pour faire germer les semences, pour multiplier les blés, et pour mûrir les fruits : dites-moi, je vous prie, s'il avait un corps, ce qu'il en ferait, lui à qui il est certain qu'au moindre signe, tous

* Saint Bernard traite admirablement bien ce sujet dans le livre v de la Considération, n. 12, où il s'exprime ainsi : « Les anges sont en nous par les bonnes pensées qu'ils nous suggèrent non par le bien qu'ils y opèrent, ils nous exhortent au bien mais ne le créent pas en nous. Au contraire, Dieu est en nous de telle sorte qu'il affecte directement notre âme, qu'il y fait

couler ses dons, ou plutôt, qu'il s'y répand lui-même et nous fait participer à la divinité, à ce point qu'un auteur n'a pas craint de dire qu'il ne fait plus qu'un avec nous... Les anges donc sont avec notre âme, Dieu est au dedans d'elle. » Voir les notes de Horstius sur ce sermon et sur le sermon xxxi, n. 6.

8. Illud autem scitote, nullum creatorum spirituum per se nostris mentibus applicari, ut videlicet, nullo mediante nostri sive corporis instrumento, ita nobis immisceatur vel infundatur, quo ejus participatione docti sive doctiores, vel boni sive meliores efficiamur. Nullus angelorum, nulla animarum hoc modo mihi capabilis est, nullius ego capax. Nec ipsi angeli ita se alterutrum capiunt. Sequestretur proinde prærogativa hæc summo ac incircumscripito Spiritui, qui solus, cum docet angelum sive hominem scientiam, instrumentum non quærit nostræ corporeæ auris, sicut nec sibi oris. Per se infunditur, per se innotescit, purus capitur a puris. Solus nullius indiget ; solus et sibi, et omnibus de sola omnipotentis voluntate sufficiens.

9. Operatur tamen immensa et innumera per subjectam creaturam corporalem, sive spiritualementem ; sed quasi imperans, non quasi mendicans. En, verbi gratia, quod linguam meam corporalem assumpsit nunc in opus suum, docere videlicet vos, cum per se absque dubio facilius suaviusque id posset ; profecto indulgentia est, non indigentia. In profectu siquidem vestro meritum quærit mihi, non sibi solatium. Id ipsum sapere opus est omni

homini operanti bonum, ne forte in se de bonis Domini et non in Domino gloriatur. Est tamen qui bonum operatur non volens, sive homo malus, sive angelus malus ; et constat non fieri propter eum, quod fit per eum, cum prodesse nullum bonum possit invito. Igitur ei quidem dispensatio tantum credita est : sed nescio quomodo gratius jucundiusque sentimus bonum, quod per malum dispensatorem ministratur. Ipsa est ergo causa, cur et per malos Deus faciat bona bonis ; non autem, quod opera eorum indigeat in beneficiendo.

10. Porro his quæ ratione vel sensu carentia sunt, multo minus Deum egere quis dubitet ? Sed quando in opus bonum et ipsa concurrunt, apparet quoniam omnia serviunt ei, cui merito est dicere : *Meus est orbis terræ*. Aut certe quia novit quæ per quæ convenientius fiant ; de servitute corporeæ creaturæ non efficaciam quærit sed congruentiam. Esto deinde quod corporum ministeria opportune plerumque divinis operibus applicentur, ut verbi gratia, pluvie vivificandis seminibus, vel multiplicandis segetibus, vel fructibus maturandis ; quid proprio, quæso de corpore facere habet, cui ad nutum

Pourquoi Dieu se sert des créatures pour ses actions.

les corps obéissent indifféremment, tant célestes que terrestres? Il lui serait sans doute superflu d'en avoir un, puisqu'il n'en trouve point qui ne lui obéisse. Mais si nous voulions renfermer dans ce discours tout ce qui se présente à dire sur ce sujet, * il serait trop long et dépasserait peut-être les forces de plusieurs. C'est pourquoi remettons à une autre fois ce qui nous reste à dire.

SERMON VI.

L'esprit suprême et incircumscribit est Dieu : en quel sens on dit que les pieds de Dieu, sont la miséricorde et le jugement.

1. Afin de relier ce discours au précédent, souvenez-vous que nous disions, que seul, l'Esprit souverain et sans bornes, n'a besoin du secours d'aucun corps, pour tout ce qu'il veut faire. Ne faisons donc point de difficulté de dire que Dieu seul est vraiment incorporel, comme nous reconnaissons que lui seul est vraiment immortel; parce qu'il n'y a que lui entre les esprits, qui soit tellement élevé au dessus de tous les corps, qu'il n'a nul besoin de leur ministère dans aucun de ses ouvrages, et, lorsqu'il lui plaît, se contente, pour agir, du seul mouvement de sa volonté. Il n'y a que cette suprême majesté qui n'ait pas besoin d'un corps, ni pour soi, ni pour d'autres; parce qu'à son seul commandement, toutes choses se font sans délai; tout ce qu'il y a de grand fléchit sous elle, tout ce qui lui est opposé lui cède sans résistance; tout être

— Voir sur ce sujet ce que Saint-Bernard a déjà dit dans son IX opuscule de la Grâce et du Libre Arbitre, chapitre XIII, n. 44 et 45. Tomé II.

indifferenter universa corpora cœlestia atque terrestria obsequi constat? Plane superfluo habere suum, qui nullum sibi reperit alienum. Verum si cuncta, quæ hoc loco dicenda occurrunt, præsentî volumus sermone concludere, sermo modum excedet, et vires forsitan aliquorum: propterea quæ restant, sub alio servemus absolvenda principio.

SERMO VI.

De summo et incircumscripito Spiritu, qui est Deus : et quo modo misericordia et judicium dicantur pedes Domini.

1. Ut præcedenti sequens sermo cohæreat, tenetisne datum superius, solum summum et incircumscriptum Spiritum ad omne quod facere vel fieri vult, corporis instrumento sive obsequio non egere? Demus ergo securi veram soli Deo, sicut immortalitatem, ita et incorporeitatem: quod solus spirituum universam corpoream naturam eo usque transcendat, ut quocumque corpore in quocumque opere non indigeat, solo spirituali nutu cum vult, ad quæcunque vult agenda contentus. Sola igitur est quæ nec propter se, nec propter alium, solatio corporis instrumenti opus habet illa majestas, cujus omnipotentî arbitrio incunclanter præsto est omne opus,

créé lui obéit, et cela sans l'entremise et l'assistance d'aucune créature corporelle ni spirituelle. Il enseigne ou avertit sans le secours d'une langue; il donne ou tient sans avoir de mains; sans pieds il court, et secourt ceux qui périssent.

2. Il en agissait souvent ainsi avec nos pères dans les premiers siècles. Les hommes ressentaient des bienfaits continuels; mais ils ne savaient pas qui était leur bienfaiteur. Sa puissance s'étendait avec force depuis le haut des cieux jusqu'au fond des abîmes (*Sap. VIII, v, 17*); mais comme il disposait toutes choses avec douceur, les hommes ne le connaissaient point. Ils se réjouissaient des biens qu'ils recevaient du Seigneur, mais le Seigneur des armées leur était inconnu, parce que tous ses jugements étaient doux et tranquilles. Ils venaient de lui, mais ils n'étaient pas avec lui. Ils vivaient par lui, et ne vivaient pas pour lui. C'était de lui qu'ils tenaient leur sagesse, mais ils ne l'employaient pas à l'aimer, tant ils étaient éloignés de lui, ingrats et insensés. Cela les porta enfin, à ne plus attribuer leur être, leur vie, et leur sagesse à celui qui en était l'auteur, mais à la nature, ou, ce qui est de plus extravagant encore, à la fortune. Plusieurs attribuaient ainsi une quantité de choses à leurs propres forces et à leur industrie. Que d'hommages les esprits de séduction usurpaient-ils ainsi? Combien le soleil et la lune en recevaient-ils? Combien en rendait-on à la terre et à l'eau? Combien même à des ouvrages faits de la main des hommes, à des herbes, à des arbres, à de viles semences, comme si c'eût été autant de divinités?

3. Hélas! c'est ainsi que les hommes ont perverti et changé les sujets de leurs adorations en la figure

omne altum inclinat, omne adversum cedit, omne creatum favet, etiam nullo interveniente vel subveniente solatio corporali, sive spirituali. Docet vel monet sine lingua; præbet vel tenet sine manibus; sine pedibus currit et succurrit pereuntibus.

2. Actitabat ista et cum patribus prioribus sæculis: experiebantur homines sedula beneficia, sed latebat eos beneficus. Ille quidem attingebat a fine usque ad finem fortiter: sed disponens omnia suaviter, non sentiebatur ab hominibus. Et gaudebant de bonis Domini; et Dominum Sabaoth, eo quod cum tranquillitate judicaret omnia, omnino nesciebant. Ab ipso erant, sed non cum ipso: per ipsum vivebant, sed non ipsi: ex ipso sapiebant, sed non ipsum, alienati, ingrati, insensati. Hinc demum factum est, ut quod erant, quod vivebant, quod sapiebant, non auctori tribuerent, sed naturæ adscribebant, aut certe (quod insipientius erat) fortunæ: propriæ quoque industriæ atque virtuti multi multa arrogabant*. Quanta sibi usurparunt seductorii spiritus, quanta soli et lunæ data sunt; quanta terris et aquis attributa, quanta etiam manufactis fabrilibusque mortalium deputata operibus! Herbis, arbustis, minutissimis vilissimisque seminibus pro numinibus deferebatur.

3. Heu! sic homines perdiderunt et commutaverunt

D'où vient que les gentils ne les sentaient pas.

Il n'y a qu'à Dieu qui n'ait pas besoin de corps.

* *al. arrogarent.*

de bêtes brutes qui mangent du foin et de l'herbe (*Psal.* cv, 20). Mais Dieu ayant compassion de leur égarement, a daigné sortir de la montagne obscure et ténébreuse, et placer sa tente sous le soleil (*Psal.* xviii, 6). Il a offert sa chair aux hommes qui ne connaissaient que la chair, afin que, par sa chair, ils apprissent à goûter aussi l'esprit. Car pendant que dans la chair et par la chair, il faisait les œuvres non de la chair, mais d'un Dieu, en commandant à la nature, en surmontant la fortune, en rendant folle la sagesse des hommes, et en domptant la tyrannie des démons, il fit connaître clairement qu'il était celui-là même par qui toutes ces merveilles s'opéraient autrefois quand elles s'opéraient. Il fit donc avec force dans la chair et par la chair des actions miraculeuses, il donna des enseignements salutaires, souffrit des tourments indignes, et montra évidemment qu'il était celui qui a créé le monde par un pouvoir aussi souverain qu'invisible; qui le gouverne avec sagesse, et le maintient avec bonté. Enfin, en prêchant la vie éternelle à des ingrats, en faisant des miracles sous les yeux des infidèles, en priant pour ceux qui le crucifiaient, ne déclarait-il pas manifestement qu'il était celui qui, avec son père, fait tous les jours lever son soleil sur les bons et sur les méchants, et tomber sa pluie sur les justes et sur les injustes (*Matth.* v, 45)? Comme il le disait lui-même : « Si je ne fais pas les œuvres de mon Père, ne me croyez point (*Joan.* x, 37.) »

4. Voyez-le, il ouvre sa bouche pour instruire ses disciples sur la montagne, et il instruit les anges dans le ciel, dans un silence adorable : au seul attouchement de ses mains, la lèpre se guérit, la cécité cesse, l'ouïe revient, la langue se délie, le

disciple près d'être submergé est sauvé, et il se fait clairement reconnaître pour celui à qui David avait dit longtemps auparavant : « Vous ouvrez votre main, et vous comblez tous les animaux de bénédiction (*Psal.* cxliv, 40). » Et encore : « Lorsque vous ouvrirez votre main, toutes choses seront remplies des effets de votre bonté (*Psal.* ciii, 28). » Voyez comme la pécheresse prosternée à ses pieds, dans un vif repentir, s'entend dire : « Vos péchés vous sont remis (*Matth.* ix, 2), » et comme elle reconnaît celui dont elle avait lu ce qui avait été écrit tant de siècles auparavant : « Le diable sortira devant ses pieds (*Habac.* iii, 5). » Car lorsque les péchés sont pardonnés, le diable est chassé de l'âme du pécheur. C'est ce qui lui fait dire en général de tous les vrais pénitents : « C'est maintenant le jugement du monde, maintenant le prince du monde va être jeté dehors (*Joan.* xii, 31); » parce que Dieu remet les fautes à celui qui les confesse humblement, et ravit au diable l'empire qu'il avait usurpé dans son cœur.

5. Enfin, il marche avec ses pieds sur les eaux, lui dont le Prophète avait dit avant qu'il se fût incarné : « Votre chemin est dans la mer, et vos sentiers dans les eaux profondes (*Psal.* lxxvi, 20). » C'est-à-dire, vous foulez aux pieds, les cœurs altiers des superbes, et vous réprimez les désirs dérégés des hommes charnels, rendant justes les impies, et humiliant les orgueilleux. Mais comme cela se fait invisiblement, l'homme charnel ne sent point qui le fait. C'est pourquoi le Prophète ajoute : « Et l'on ne reconnaîtra point la trace de vos pas. » C'est encore pour cette raison, que le Père dit à son fils : « Asseyez-vous à ma droite, jusqu'à ce que j'aie réduit vos ennemis à être foulés sous vos

gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum! Quorum Deus miseratus errores, de monte umbroso et condenseo dignanter egrediens, in sole posuit tabernaculum suum. Obtulit carnem sapientibus carnem, per quam discerent sapere et spiritum. Nam dum in carne et per carnem facit opera, non carnis, sed Dei, naturæ utique imperans, superansque fortunam, stultam faciens sapientiam hominum, dæmonumque debellans tyrannidem; manifeste ipsum se indicat esse, per quem eadem et ante fiebant quando fiebant. In carne, inquam, et per carnem potenter ac patenter operatus mira, locutus salubria, passus indigna, evidenter ostendit, quia ipse sit qui potenter, sed invisibiliter sæcula condidisset, sapienter regeret, benigne protegeret. Denique dum evangelizat ingratibus, signa præbet infidelibus, pro suis crucifixoribus orat; nonne liquido ipsum se esse declarat, qui cum Patre suo quotidie oriri facit solem suum super bonos et malos, pluit super justos et injustos? Hoc enim est quod ipse aiebat : *Si non facio opera Patris mei, nolite credere.*

4. En aperit os carnis suæ docens in monte discipulos, qui in silentio angelos in cælestibus docet. En ad tactum corporeæ manus curatur lepra, fugatur cæcitas, auditus reparatur, lingua muta resolvitur, discipulus prope

mensus erigitur; et is indubitanter agnoscitur, cui dixerat longe ante David : *Aperis tu manum tuam, et imple omne animal benedictione :* et item, *Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.* En secus corporales pedes jacens ac pœnitens audit peccatrix, *Remittuntur tibi peccata tua :* et recognoscit eum, de quo ex multis retro temporibus scriptum legerat : *Egreddietur diabolus ante pedes ejus.* Ubi nempe peccatum remittitur, ibi procul dubio diabolus de corde peccatoris expellitur. Hinc universaliter de cunctis pœnitentibus dicit : *Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras :* quod scilicet humiliter confitenti remittat Deus peccatum; et diabolus eum, quem in hominis corde invaserat, amittat principatum.

5. Denique ambulat super undas carnalibus pedibus, cui necdum carne vestito jam Psalmista præcinuerat : *In mari via tua, et semitæ tuæ in aquis multis,* quod est, conculcas corda tumentia superborum, et fluxa desideria carnalium comprimis; justificans impios, et superbos humilians. Quod tamen quia invisibiliter fit, carnalis non sentit a quo fit. Unde et subdit : *Et vestigia tua non cognoscentur.* Hinc rursus Pater ad Filium : *Sede, inquit, a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum,* hoc est, donec omnes qui te

Voilà pour-
quoi Dieu a
voulu se
rendre
visible et
s'est incarné.

pieds (*Psal.* cix, 1); » c'est-à-dire, jusqu'à ce que j'aie assujetti à votre volonté, tous ceux qui vous méprisent, soit malgré eux et pour leur malheur, soit de bon cœur et pour leur félicité. Or, la chair, n'étant pas capable de concevoir cet ouvrage qui est tout spirituel, parce que l'homme animal ne comprend point ce qui est de l'esprit de Dieu (1 *Cor.* ii, 14), il fallait que la pécheresse se prosternât corporellement à ses pieds corporels, les baisât de ses lèvres de chair, et qu'elle reçût ainsi le pardon de ses fautes, pour que ce changement de la droite du Très-Haut, qui justifie l'impie d'une manière admirable, mais invisible, fût connu des hommes charnels (*Psal.* lxxvi, 11).

6. Mais il faut que je m'arrête un peu sur ces pieds spirituels de Dieu, que le pénitent doit baiser, d'abord d'un baiser spirituel. Je connais votre curiosité qui ne veut rien laisser passer sans l'avoir bien approfondi, aussi ne faut-il point négliger comme une chose peu importante, de savoir quels sont ces pieds que l'Écriture attribue si souvent à Dieu, et avec lesquels elle le représente, tantôt debout, comme lorsqu'elle dit : « Nous l'adorerons dans le ciel où il a été debout sur ses pieds (*Psal.* cxxxi, 7); » tantôt marchant, comme en cet endroit : « J'habiterai en eux, et je marcherai en eux (*Levit.* xxvi,); » tantôt même courant, suivant ces paroles : « Il a couru comme un géant qui se hâte de fournir sa carrière (*Psal.* xviii, 6). » Si l'Apôtre a cru qu'il pouvait rapporter la tête en Jésus-Christ à sa Divinité (1 *Cor.* xi, 3), je crois que nous pouvons bien aussi rapporter les pieds à son humanité, et en nommer l'un la miséricorde, et l'autre le jugement. Ces deux mots vous sont assez connus, et pour peu que vous y fassiez attention, plusieurs passages de l'Écriture se présenteront à vous, où

ils sont employés. Que Dieu ait pris le pied de la miséricorde, en prenant la chair à laquelle il s'est uni, l'Épître de saint Paul aux Hébreux nous l'apprend en nous montrant Jésus-Christ éprouvé par toutes les infirmités de la nature humaine, sauf le péché, à cause de la figure du péché qu'il avait prise, afin d'exercer sa miséricorde (*Heb.* iv, 15). Et quant à l'autre pied, que nous avons appelé le jugement, le Dieu-homme ne fait-il pas connaître clairement qu'il appartient aussi à l'homme dont il s'est revêtu dans l'Incarnation, lorsqu'il dit, « que son Père lui a donné la puissance de juger, parce qu'il est Fils de l'Homme (*Joan.* v, 27) ? »

7. C'est donc sur ces deux pieds qui soutenaient avec tant de proportion la tête de la Divinité, que l'invisible Emmanuel, né d'une femme, né sous la Loi, a paru en terre, et a conversé avec les hommes (*Baruc.* iii, 38). » C'est encore avec ces pieds qu'il passe parmi eux, mais spirituellement et invisiblement, en leur faisant du bien, et en guérissant tous ceux que le diable tient dans l'oppression. C'est, dis-je, avec eux qu'il marche au milieu des âmes dévotes, éclairant et pénétrant sans cesse les cœurs et les reins des fidèles. Peut-être bien sont-ce là les jambes de l'Époux, dont l'Épouse parle en termes si magnifiques dans la suite, en les comparant, si je ne me trompe, à des colonnes de marbre posées sur des bases d'or (*Cant.* v, 15) : Et certes elle avait bien raison, car c'est dans la sagesse de Dieu, incarnée et représentée par l'or, que « la miséricorde et la vérité se sont rencontrées (*Psal.* lxxxiv, 11), et d'ailleurs toutes les voies du Seigneur sont miséricorde et vérité (*Psal.* xxiv, 10). »

8. Heureuse l'âme en qui le Seigneur Jésus a imprimé ses deux pieds. Vous reconnaîtrez à deux

La crainte et l'espérance sont les

contemnunt, tuæ voluntati subjiçiam, sive invitos et miserios, sive voluntarios et beatos. Itaque hoc opus Spiritus quia caro non percipiebat, (*Animalis quippe homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei;*) opus fuit ut corporalibus pedibus corporaliter incubans, et corporalibus labiis pedes eosdem deosculans, veniam peccatorum peccatrix perciperet : sicque illa mutatio dexteræ excelsi, qua mirabiliter, sed invisibiliter justificat impium, etiam carnalibus innotesceret.

6. Verum illos spirituales pedes Dei, quos primo loco spiritualiter osculari pœnitentem oportet, præterire ne non oportet. Novi ego curiositatem vestram, quæ nil sua voluntate inscrutatum omnino prætereat. Nec vero ducendum contemptui, nosse, quibus Scriptura pedibus tam frequenter Deum commemorat, nunc quidem stare, ut ibi, *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus;* nunc vero ambulare, ut ibi, *Et habitabo in illis, et deambulabo in eis;* nunc etiam currere, juxta illud : *Exsultavit ut gigas ad currendam viam.* Si recte Apostolo visum est caput Christi referre ad deitatem; puto et nobis non incongruè videri pedes ad hominem pertinere : quorum alterum misericordiam, alterum judicium nominemus

Nota sunt vobis duo ista vocabula; et de plerisque Scripturæ locis ambo pariter, si cogitatis, occurrunt. Quia vero misericordiæ pedem Deus in carne, cui se univit, assumpserit, docet epistola ad Hebræos, tentatum perhibens per omnia Christum pro similitudine absque peccato, ut misericors fieret. Quid illum alterum, qui Judicium nuncupatus est, nonne ad hominem æque assumptum et ipsum pertinere ipse Deus homo aperte significat, ubi datam sibi perhibet à Patre potestatem judicium facere, quia Filius hominis est?

7. His duobus ergo pedibus apte sub uno divinitatis capite concurrentibus, natus ex muliere, factus sub lege invisibilis Emmanuel, in terris visus est, et cum hominibus conversatus est. His certe pertransit et nunc, benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo, sed spiritualiter, sed invisibiliter. His, inquam, pedibus devotas perambulat mentes, incessanter lustrans, scrutansque corda et renes fidelium. Vide autem ne forte hæc illi sint sponsi crura, quæ sponsa tam magnifice commendat in consequentibus, comparans ea (ni fallor) columnis marmoreis, fundatis super bases aureas. Pulchre omnino : quoniam quidem in incarnata Dei Sapientia, quæ auro

marques de
ses pieds
dans l'âme.

marques celle qui a reçu cette faveur, et il est nécessaire qu'elle porte en soi les effets de cette divine empreinte. C'est la crainte et l'espérance. L'une représente l'image du jugement, et l'autre celle de la miséricorde. Aussi est-ce avec beaucoup de raison, « que Dieu honore de sa bienveillance ceux qui le craignent, et ceux qui espèrent en sa miséricorde (*Psal. cxlvi, 11*); » car la crainte est le commencement de la sagesse (*Prov. i, 7*), et l'espérance en est le progrès; la charité en fait la perfection. Cela étant ainsi, il n'y a pas peu de fruit à recueillir du premier baiser qui se prend sur les pieds. Ayez soin seulement de n'être privé de l'un ni de l'autre pied. Si vous êtes vivement touché de vos péchés, et de la crainte du jugement de Dieu, vous avez imprimé vos lèvres sur les pas de la vérité et du jugement. Si vous tempérez cette crainte et cette douleur, par la vue de la divine bonté, et par l'espérance d'en obtenir le pardon, sachez que vous embrassez alors le pied de la miséricorde. Mais il n'est pas bon de baiser l'un sans l'autre : parce que le souvenir du seul jugement précipite dans l'abîme du désespoir et la pensée de la miséricorde dont on se flatte faussement, engendre une confiance très-pernicieuse.

Il faut baiser
les deux
pieds.

9. J'ai reçu, moi aussi, quelquefois cette grâce, bien que je ne sois qu'un misérable pécheur, de m'asseoir aux pieds du Seigneur Jésus. Dans cet état, j'embrassais tantôt l'un et tantôt l'autre, de tout mon cœur, selon que sa bonté me le permettait. Mais s'il arrivait que, pressé des remords de ma conscience, et oubliant la miséricorde, je m'attachasse un peu trop longtemps au jugement; aussitôt saisi d'une frayeur incroyable, abattu de honte

Expérience
de saint Ber-
nard.

designatur, misericordia et veritas obviaverunt sibi : denique universæ viæ Domini misericordia et veritas.

8. Felix mens, cui semel Dominus Jesus utrumque infixit pedem! A duobus signis cognoscite eam quæ bujusmodi est, quæ secum necesse est referat divinis impressa vestigiis. Ipso sunt timor et spes : ille iudicii, ista misericordiæ representans imaginem. Merito beneplacitum est Deo super timentes eum, et in eis qui sperant super misericordiam ejus : cum timor initium sit sapientiæ, spes, profectus, nam consummationem sibi charitas vindicat. Quæ cum ita sint, non parvus fructus est in primo hoc osculo, quod ad pedes accipitur : tantum curato, ut neutro frauderis illorum. Porro enim si jam dolore peccati, et iudicii timore compungeris, veritatis iudicijque vestigio labia impressisti. Quod si timorem doloremque divinæ intuitu bonitatis, et spe consequendæ indulgentiæ temperas, etiam misericordiæ pedem amplecti te noveris. Alioquin alterum sine altero osculari non expedit : quia et recordatio solius iudicii in barathrum desperationis præcipitat, et misericordiæ fallax assentatio pessimam generat securitatem

9. Datum est et mihi misero nonnunquam sedere secus pedes Domini Jesu; et modo hunc, modo illum tota devotione complecti, in quantum me sua benignitas dignabatur admittere. At si quando miserationis oblitus,

et environné de ténèbres, je ne faisais que pousser ce cri du fond de mon cœur en tremblant : « Qui connaît la puissance redoutable de votre colère, et qui en peut mesurer la grandeur, sans être saisi de trouble et d'étonnement (*Psal. lxxxix, 1*). » Mais d'un autre côté lorsque, laissant ce pied, je tenais embrassé plus qu'il ne fallait celui de la miséricorde; je tombais dans une si grande négligence et une telle incurie, que aussitôt j'en devenais plus tiède dans l'oraison, plus paresseux, plus prompt à me laisser aller au rire, plus inconsideré dans mes paroles; enfin l'assiette de mon homme intérieur et extérieur en était rendue plus inconstante. Ainsi, instruit par ma propre expérience, je ne louerai plus en vous, Seigneur, le jugement ou la miséricorde seulement, mais je les louerai tous les deux ensemble. Je n'oublierai jamais ces deux sources de toute justice pour les hommes. Elles me serviront toutes deux également de cantiques dans le lieu de mon exil, jusqu'à ce que la miséricorde étant élevée au dessus du jugement, ma misère se taise, et la gloire que je posséderai me fasse chanter des hymnes de louanges, sans ressentir jamais plus la moindre douleur qui puisse traverser une si grande joie.

SERMON VII.

De l'ardent amour de l'âme pour Dieu et de l'attention qu'il faut apporter dans l'oraison et dans la psalmodie.

1. Je m'engage de mon propre mouvement dans un nouveau travail, en provoquant moi-même vos recherches. Car, ayant eu soin à l'occasion du premier

stimulante conscientia, judicio paulo diutius inhærerem, mox metu incredibili ac miserabili confusione dejectus, et tenebroso circumfusus horrore, hoc solum palpitans de profundis clamabam : *Quis novit potestatem iræ tuæ, et præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Quod si eo relicto pedem misericordiæ plus tenere contingeret, tanta et contrario incuria et negligentia dissolvebar, ut confestim et oratio epidior, et actio pigrior, et risus promptior, et sermo incautior, et omnis denique utriusque hominis status inconstantior appareret. Proinde magistra instructus experientia, non iudicium jam solum, aut solam misericordiam : sed misericordiam pariter et iudicium cantabo tibi Domine. In æternum non obliviscar justificationes istas : cantabiles mihi erunt ambæ pariter in loco peregrinationis meæ, quousque misericordia super exaltata iudicio, miseria conticescat, ac sola cantet tibi de cætero gloria mea, et non compungar.

SERMO VII.

De amore ardenti quo anima diligit Deum. Item de attentione tempore orationis vel psalmodiæ procuranda.

1. Ipse mihi laborem suscito, qui vos sponte provoco ad quærendum. Quia enim ego primi osculi occasione

de vous montrer, quoique je ne fusse point obligé à le faire, quelles sont les fonctions et les dénominations propres aux pieds spirituels de Dieu, vous me questionnez maintenant sur la main qu'il faut, avons-nous dit, baiser ensuite. J'y consens, je veux vous satisfaire sur ce point; et même je fais plus que vous me demandez, puisque je ne vous montre pas seulement une main mais deux, et les distingue par leur nom propre. J'appelle l'une, largeur et l'autre, force; parce que Dieu donne avec abondance, et conserve puissamment ce qu'il a donné. Quiconque n'est point ingrat, les baisera toutes les deux en reconnaissant et en confessant que Dieu n'est pas moins le distributeur que le conservateur suprême de tous biens. Je crois que nous avons assez parlé des deux baisers; passons au troisième.

2. « Qu'il me baise, dit-elle, du baiser de sa bouche (*Cant.* 1). » Qui dit ces paroles? C'est l'Épouse. Qui est cette épouse? L'âme altérée de Dieu. Considérons les différentes dispositions des hommes, afin que celle qui appartient proprement à une épouse paraisse plus clairement. L'esclave craint le visage de son Seigneur. Un mercenaire ne voit dans son espérance que la récompense du maître. Un disciple prête l'oreille à son précepteur. Un fils honore son père. Mais celle qui demande qu'on la baise est éprise d'amour. De tous les sentiments de la nature, celui-ci est le plus excellent, surtout lorsqu'il retourne à son principe qui est Dieu. Et il n'y a point d'expressions plus douces pour rendre l'amitié réciproque du Verbe et de l'âme, que celles d'époux et d'épouse; attendu que tout est commun entre eux, et qu'ils ne possèdent rien en propre et en particulier. Ils n'ont qu'un même hé-

ritage, une même maison, une même table, un même lit, une même chair. Enfin, à cause de sa femme, l'homme doit quitter son père et sa mère, et s'attacher à elle pour ne plus faire tous deux qu'une même chair; la femme de son côté doit oublier son peuple et la maison de son père, afin que son époux conçoive de l'amour pour sa beauté. Si donc l'amour convient particulièrement et principalement aux époux, c'est à bon droit qu'on donne le nom d'épouse à l'âme qui aime. Or, celle-là aime, en effet, qui demande un baiser. Elle ne demande ni la liberté, ni des récompenses, ni une succession, ni même la science, mais un baiser. Et elle le demande comme une épouse très-chaste, qui brûle d'un amour sacré, et qui ne veut plus dissimuler le feu qui la consume. Voyez, en effet, comment elle commence son discours. Voulant demander une grande faveur à un roi, elle n'a recours ni aux caresses, ni aux flatteries; elle ne prend aucun détour pour arriver au but de ses désirs; elle n'use point de préambule; elle ne tâche point de gagner sa bienveillance; mais parlant tout d'un coup de l'abondance du cœur, elle dit tout uniment et même avec une sorte d'impudence: « Qu'il me baise du baiser de sa bouche. »

3. Ne vous semble-t-il pas qu'elle veuille dire: Qu'y a-t-il dans le ciel ou sur la terre, hormis vous, qui puisse être l'objet de mes désirs (*Psal.* LXXVII, 25)? Celle-là sans doute aime chastement qui ne cherche que celui qu'elle aime, sans se soucier d'aucune autre chose qui soit à lui. Elle aime saintement, parce qu'elle n'aime pas dans la concupiscence de la chair, mais dans la pureté de l'esprit. Elle aime ardemment, puisqu'elle est tellement

L'âme qui aime comme il faut est appelée épouse.

Son amour est chaste, saint, et ardent.

spirituales Dei pedes propriis diffinitionibus ac nominibus, et quidem ex abundantia, demonstrare curavi: vos pergitis inquirere et de manu, quæ secundo loco osculanda proponitur. Annuo, gero vobis morem; insuper non manum, sed manus ostendo, propriisque distinguo vocabulis. Latitudo una, altera fortitudo dicatur: quod et tribuat affluenter, et defendat potenter quod dederit. Utrumque profecto osculabitur qui ingratus non fuerit, Deum utique honorum omnium sicut largitorem, ita et conservatorem recognoscens et confitens. Satis de duobus oculis dictum esse reor: videamus et de tertio.

2. *Osculetur*, inquit, *me osculo oris sui*. Quis dicit? Sponsa. Quænam ipsa? Anima sitiens Deum. Sed pono diversas affectiones, ut ea quæ proprie sponsæ congruit, distinctius elucescat. Si servus est, timet a facie Domini; si mercenarius, sperat de manu Domini; si discipulus, aurem parat magistro; si filius, honorat patrem: quæ vero osculum postulat, amat. Excellit in naturæ donis affectio hæc amoris: præsertim cum ad suum recurrit principium, quod est Deus. Nec sunt inventa æque dulcia nomina, quibus Verbi, animæque dulces ad invicem exprimerentur affectus, quemadmodum sponsus et sponsa: quippe quibus omnia communia sunt, nil

proprium, nil a se divisum habentibus. Una utriusque hæreditas, una domus, una mensa, unus thorus, una etiam caro. Denique propter hanc relinquet ille patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ: et erunt duo in carne una. Hæc quoque jubetur nihilominus oblivisci populum suum, et domum patris sui; ut concupiscat ille decorem ejus. Si ergo amare specialiter sponsis ac principaliter convenit, non immerito sponsæ nomine censetur anima quæ amat. Amat autem quæ osculum petit. Non petit libertatem, non mercedem, non hæreditatem, non denique vel doctrinam, sed osculum; more plane castissimæ sponsæ ac sacrum spirantis amorem, nec omnino valentis flammam dissimulare quam patitur. Vide enim quale præripiat sermonis exordium. Magnum quid a magno petitura, nullo tamen, ut assolet, utitur blanditiarum furo; nullis circumvolutionibus ad id quod desiderat ambit. Non facit proœmium, non captat benevolentiam: sed ex abundantia cordis repente prorumpens, nude frontoseque satis, *Osculetur me*, ait: *osculo oris sui*.

3. An non tibi quasi dicere manifeste videtur, *Quid mihi est in cælo, et a te quid volui super terram?* Amat profecto caste, quæ ipsum quem amat, quærit; non aliud quidquam ipsius. Amat sancte, quia non in con-

Les deux mains du Seigneur sont la force et la largeur.

C'est l'âme altérée de Dieu qui lui demande un baiser de sa bouche.

Les noms d'époux et d'épouse sont bien choisis.

enivrée de son amour, qu'elle ne pense point à la majesté de celui à qui elle parle. Car à qui demande-t-elle un baiser? A celui qui fait trembler la terre du moindre de ses regards. Est-elle ivre? Oui, sans doute elle l'est. Et peut-être lorsqu'elle s'oubliait ainsi, sortait-elle du cellier où, dans la suite, elle se glorifie d'avoir été menée (*Cant.* I, III et II, 4). Car David disait aussi à Dieu, en parlant de quelques personnes: « Ils seront enivrés de l'abondance des biens qui se trouvent dans votre maison, et vous les ferez nager dans un torrent de plaisirs et de délices (*Psal.* XXXV, 9). » Combien grande est la force de l'amour! Combien de confiance il y a dans l'esprit de liberté! N'est-il pas manifeste, que l'amour parfait bannit toute crainte (1 *Joan.* IV, 18)?

4. C'est néanmoins par un sentiment de pudeur, qu'elle ne s'adresse pas à l'Époux, mais qu'elle dit à d'autres, comme s'il était absent, « qu'il me baise du baiser de sa bouche. » Car, comme elle demande une grande chose, il faut qu'elle donne bonne opinion de soi, en accompagnant sa prière de quelque retenue. C'est pourquoi elle emploie ses amis et ses familiers pour trouver un accès particulier auprès de son bien-aimé. Mais qui sont ces amis? Nous croyons que ce sont les saints anges qui assistent ceux qui prient et qui offrent à Dieu les prières et les vœux des hommes, quand ils les voient lever des mains pures au ciel sans colère et sans animosité. C'est ce que témoigne l'ange de Tobie, quand il disait à son père: « Lorsque vous priez avec larmes, ensevelissez les morts, et quittez votre repas pour les cacher le jour dans votre maison et les enterrer la nuit, j'offrais vos prières au Seigneur (*Tob.* XII, 12). » Je crbis que les autres témoignages que l'on trouve dans l'Écriture, vous persuadent assez cette vérité. Car que les anges daignent aussi

se mêler souvent à ceux qui chantent des psaumes, c'est ce que le Psalmiste exprime très-clairement quand il dit: « Les princes marchaient devant, se joignant au chœur des musiciens, au milieu des jeunes filles qui jouaient du tambour (*Psal.* LVII, 26). » D'où vient qu'il dit encore ailleurs: « Je chanterai des psaumes à votre gloire en la présence des anges (*Psal.* CXXXVII, 1). » Aussi je ressens de la douleur lorsque j'en vois quelques uns parmi vous qui cèdent au sommeil durant les veilles sacrées, et qui, au lieu de révéler les citoyens du ciel, sont semblables à des morts en présence de ces princes de la milice céleste, qui, touchés de votre vigilance seraient heureux de se mêler à vos solennités. Certes, j'ai bien peur qu'ayant enfin horreur de votre lâcheté, ils ne se retirent avec indignation*; et qu'alors chacun de vous ne commence, mais bien tard, à dire à Dieu avec gémissement: « Vous avez éloigné de moi mes amis, ils m'ont regardé comme l'objet de leur exécration (*Psal.* LXXXVII, 9); » ou bien: « Vous avez éloigné de moi mes amis, mes proches et ceux de ma connaissance, à cause de mon extrême misère (*Ibid.* 19); » Et encore: « Ceux qui étaient près de moi se sont retirés bien loin; et ceux qui cherchaient ma mort me faisaient violence (*Psal.* XXXVII, 12). » En effet, si les bons esprits s'éloignent de nous, comment pourrons-nous soutenir les efforts des méchants? Je dis donc à ceux qui sont ainsi endormis: « Maudit celui qui fait l'œuvre de Dieu avec négligence (*Hier.* XLVII, 10); » et le Seigneur leur dit: « Plût à Dieu que je vous eusse trouvé chaud ou froid; mais parce que je vous ai trouvé tiède, je commencerai à vous vomir de ma bouche. (*Apoc.* III, 15). » Lors donc que vous priez ou psalmodiez,

*. Non pas à la lettre et matériellement parlant, mais par leurs dispositions, selon ce que dit Sixte de Sienna dans ses notes.

Saint Bernard reprend ceux qui sommeillent pendant la psalmodie.

Les anges assistent les hommes qui sont en prière.

cupiscentia carnis, sed in puritate spiritus. Amat ardentem, quæ ita proprio debriatur amore, ut majestatem non cogitet. Quid enim? *Respicit terram, et facit eam tremere*: et ista se ab eo postulat osculari. Ebriane est? Ebria prorsus. Et forte tunc, cum ad ista prorupit, exierat de cella vinaria, quo se nimirum introductam postmodum gloriatur. Nam et David de quibusdam dicebat Deo: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos*. O quanta amoris vis! quanta in spiritu libertatis fiducia! Quid manifestius, quam quod perfecta charitas foras mittit timorem?

4. Verecunde tamen non ad ipsum Sponsum sermone dirigat, sed ad alios, tanquam de absente: *Osculetur me*, inquiens, *osculo oris sui*. Grandis quippe res petitur, et opus est verecundia comitari precem, commendari petentem. Itaque per domesticos et intimos, accessus ad intima quæritur, ambitur ad desideratum. Quinam illi? Credimus angelos sanctos adstare orantibus, offerre Deo preces et vota hominum: ubi tamen sine ira et disceptatione lavari puras manus perspexerint. Probat hoc angelus ita loquens ad Tobiam: *Quan-*

do orabas cum lacrymis, et sepeliebas mortuos, et derelinquebas prandium, et mortuos abscondebas per diem in domo tua, et nocte sepeliebas; ego obtuli orationem tuam Domino. Puto id vobis satis et ex aliis Scripturæ testimoniis persuasum. Nam quod psallentibus quoque dignanter admisceri sancti angeli soleant, quid eo manifestius quod Psalmista ait: *Prævenierunt principes conjuncti psallentibus in medio juvenularum tympanistrinarum*? Unde et dicebat: *In conspectu angelorum psallam tibi*. Doleo proinde aliquos vestrum gravi in sacris vigiliis deprimi somno, nec cæli cives revereri, sed in præsentia principum tanquam mortuos apparere, cum vestra ipsi alacritate permoti, vestris interesse solemnibus delectentur. Vereor, ne vestram desidiam quandoque abominantes, cum indignatione recedant, et incipiat unusquisque vestrum sero cum gemitu dicere Deo: *Longe fecisti notos meos a me, posuerunt me abominationem sibi*. Et illud: *Elongasti a me amicum et proximum, et notos meos a miseria*. Item, *Qui juxta me erant, de longe steterunt, et vim faciebant qui querebant animam meam*. Pro certo enim si se a nobis spiri-

brum nostrum. Ne quæso insultet malevolus dilectæ tuæ, quam a finibus terræ evocare placuit tibi, tanto utique dignantius, quanto minus dignam, Decetne obsecro, ut benigni patrisfamilias invitatos servus nequam excludat ? Ego sum, ais, Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob. Et non amplius ? Effunde, effunde ; aperi manum tuam adhuc, et imple omne animal benedictione. Veniant ab Oriente et Occidente, et recumbant cum Abraham, Isaac, et Jacob in regno cælorum. Veniant, veniant tribus, tribus Domini ; testimonium Israel ad confitendum nomini Domini. Veniant et recumbant, epulentur et delectentur in lætitia, et unus ubique resonet in voce exultationis et confessionis sonus epulantis. Oleum effusum nomen tuum. Unum scio, si Philippum et Andream habuerimus ostiarios, repulsam omnino non patimur quicumque oleum petimus, quicumque volumus Jesum videre. Incunctanter Philippus dicet Andree : Andreas autem et Philippus dicent Jesu. Jesus autem quid ? Profecto quod Jesus. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet : si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Moriatur igitur granum, et surgat gentium seges. Oportet pati Christum, et resurgere a mortuis, et prædicari in nomine ejus pœnitentiam et remissio-

nem peccatorum, non solum in Judæam, sed etiam in omnes gentes ; quatenus ab unô nomine, quod est Christus, millia millium credentium Christiani dicantur, et dicant : *Oleum effusum nomen tuum.*

4. Agnosco enim nomen, quod in Isaia legi : *servos suos, inquit, vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Domino. Amen.* O nomen benedictum ! O oleum usquequaque effusum ! Quousque ? De cælo in Judæam, et inde in omnem terram excurrit ; et de toto orbe clamat Ecclesia : *Oleum effusum nomen tuum.* Effusum plane, quod non solum cælos terrasque perfudit, sed aspersit et inferos, adeo ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cælestium terrestrium et inferorum, et omnis lingua confiteatur, et dicat : *Oleum effusum nomen tuum.* Ecce Christus, ecce Jesus, utrumque infusum angelis, utrumque effusum in homines, qui computruerant tanquam jumenta in stercore suo, homines et jumenta salvans, quemadmodum multiplicavit misericordiam suam Deus. Quam carum, quam vile ! vile, sed salubre. Si vile non esset, non mihi effunderetur : si salubre non esset, non me lucraretur. Particeps nominis sum, sum et hæreditatis. Christianus sum ; frater Christi sum. Si sum quod dicor, hæres sum Dei, cohæres autem Christi. Et quid

même en prenant la figure d'un esclave (*Rom. viii, 17*), et de plus il dit : « Je suis répandu comme de l'eau (*Psal. xxi, 12*). » La plénitude de la divinité s'est répandue en habitant corporellement sur la terre, afin que nous tous qui portons un corps de mort, nous participassions à cette plénitude, et qu'étant remplis d'une odeur de vie, nous pussions dire : Votre nom est une huile répandue. Je viens de dire quel est ce nom répandu, de quelle façon et pourquoi il a été répandu.

5. Mais pourquoi est-ce une huile ? C'est ce que je n'ai pas encore expliqué. J'avais commencé à le faire dans le discours précédent, mais il s'est présenté tout à coup une autre chose, qu'il m'a semblé à propos de dire auparavant, encore ai-je différé à en parler plus longtemps que je ne pensais. Je n'en vois point d'autre cause que celle-ci : c'est que la Sagesse qui est la femme forte, a mis la main à la quenouille, et ses doigts ont tourné le fuseau (*Prov. xxxi, 19*). Car de peu de laine ou de lin, elle sait faire beaucoup de fil et de toile, et ainsi donner deux vêtements à ses domestiques. Il y a sans doute de la ressemblance entre l'huile et le nom de l'Époux, et ce n'est pas sans raison que le Saint-Esprit a comparé l'une à l'autre. Je ne sais si vous en savez de meilleure raison que moi, mais pour moi je crois que c'est parce que l'huile a trois qualités, elle éclaire, elle nourrit, et elle oint. Elle entretient le feu ; elle nourrit la chair ; elle apaise la douleur. C'est une lumière, une nourriture et un remède. Voyons si on ne peut pas en dire autant du nom de l'Époux. Il éclaire lorsqu'on le publie ; il nourrit quand on le rumine, il oint et adoucit les maux, lorsqu'on l'invoque.

mirum, si Sponsi effusum est nomen, cum ipse quoque effusus sit? Nam *semetipsum exinanivit formam servi accipiens*. Denique ait : *Sicut aqua effusus sum*. Effusa est plenitudo divinitatis, habitans super terram corporaliter, ut de illa plenitudine omnes, qui corpus mortis gestamus, caperemus, ac vitali odore repleti diceremus : *Oleum effusum nomen tuum*. En quod nomen effusum, et qualiter, et quatenus.

5. Cur vero oleum? nam hoc nondum dixi. In sermone superiore dicere cœperam : sed intervenit subito aliud quod prædicandum videbatur. Quanquam intermiserim ultra quam credidi : quod non aliud esse reor, nisi quod fortis mulier Sapientia misit manum ad colum, et digiti ejus apprehenderunt fusum. Novit enim modicam lanam vel linum in longum producere filum, atque in telæ extendere latitudinem, et sic omnes domesticos suos vestire duplicibus. Est procul dubio inter *Oleum et Nomen Sponsi similitudo* : nec otiose Spiritus-Sanctus alterutrum comparavit. Ego autem dico in triplici quadam qualitate olei, quod lucet, pascit, ut ungit : si vos melius non habetis. Fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem ; lux, cibus, medicina. Vide idem nunc et de Sponsi nomine. Lucet prædicatum, pascit recogitatum, invocatum lenit et ungit. Et percurramus singula

Examinons chacune de ces qualités en particulier.

6. D'où pensez-vous qu'une si grande et si soudaine lumière de la foi ait éclaté dans le monde, sinon de la prédication du nom de Jésus? N'est-ce pas par la lumière de ce nom sacré que Dieu nous a appelés à la jouissance de ses lumières admirables, et quand nous en avons été éclairés, quand nous avons vu la lumière par cette autre lumière, saint Paul a pu nous dire : « Vous avez été ténèbres autrefois, mais à présent vous êtes lumière dans le Seigneur (*Ephes. v, 8*) ». Enfin c'est ce nom que le même apôtre reçut ordre de porter devant les rois, les nations et les enfants d'Israël (*Act. ix, 15*), et il le portait comme un flambeau dont il éclairait son pays, en criant partout : « La nuit a précédé, mais le jour est enfin venu ; dépouillons-nous donc des œuvres de ténèbres, et revêtons-nous des armes de lumière, et vivons dans l'honnêteté et la bienséance, comme marchant en plein jour (*Rom. xiii, 12*). » Il montrait à tout le monde la lampe dans le chandelier, annonçant Jésus en tous lieux, et Jésus crucifié. Combien cette lumière a-t-elle été resplendissante, et combien a-t-elle ébloui les yeux de ceux qui la regardaient, lorsque, sortant comme un éclair de la bouche de Pierre, elle affermit les jambes et les pieds d'un boiteux, et rendit la vue à plusieurs aveugles spirituels? Ne fit-il pas la lumière, lorsqu'il dit : « Au nom de Jésus-Christ de Nazareth, levez-vous et marchez (*Act. iii, 6*) ? » Mais le nom de Jésus n'est pas seulement une lumière, c'est encore une nourriture. Ne vous sentez-vous pas fortifiés, toutes les fois que vous vous le rappelez? Qu'y a-t-il qui nourrisse autant l'es-

6. Unde putas in toto orbe tanta, et tam subita fidelis lux, nisi de prædicato Jesu? Nonne in hujus nominis luce Deus nos vocavit in admirabile lumen suum, quibus illuminatis, et in lumine isto videntibus lumen, dicat merito Paulus : *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*? Hoc denique nomen coram regibus, et gentibus, et filiis Israel portare jussus est idem apostolus ; et portabat nomen tanquam lumen, et illuminabat patriam, et clamabat ubique : *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis : sicut in die honeste ambulemus*. Et monstrabat omnibus lucernam super candelabrum, enuntians in omni loco Jesum, et hunc crucifixum. Quomodo lux ista insplenduit ac perstrinxit cunctorum intuituum oculos, quando de ore Petri, tanquam fulgur, egrediens, claudi unius corporales plantas solidavit et bases, multosque spiritualiter cæcos illuminavit? Numquid non ignem sparsit, cum ait, *In nomine Jesu-Christi Nazareni surge et ambula*? Nec tantum lux est nomen Jesu, sed est et cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid æque mentem cogitantis impinguat? quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat mores bonos atque honestos, castas fovet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infunditur : insipidus est, si non hoc sale con-

prit de celui qui y pense ? Qu'est-ce qui davantage répare les forces épuisées ; rend les vertus plus mâles ; fomente les bonnes et louables habitudes ; et entretient les inclinations chastes et honnêtes ? Toute nourriture de l'âme est sèche, si elle n'est arrosée de cette huile ; elle est insipide si elle n'est assaisonnée de ce sel. Un livre n'a point de goût pour moi, si je n'y trouve ^a le nom de Jésus. Une conférence, un entretien ne me plaît pas si l'on n'y parle point de Jésus. Jésus est du miel à la bouche, une mélodie aux oreilles, un chant d'allégresse au cœur. Mais il est encore un remède. Êtes-vous triste ? Que Jésus vienne dans votre cœur, passe de là à votre bouche ; ce nom admirable n'est pas sitôt prononcé, qu'il se produit une lumière resplendissante qui chasse les ennuis et ramène le calme et la sérénité. Quelqu'un tombé-t-il dans un crime ? court-il à la mort dans son désespoir ? Qu'il invoque ce nom de Vie, il commence aussitôt à respirer et à revivre. Devant ce nom salutaire, qui a jamais persisté dans son endurcissement, dans sa paresse, dans son animosité, ou dans sa langueur ? Qui n'a pas vu la source de ses larmes desséchée, couler de nouveau avec plus d'abondance et de douceur, dès qu'il a invoqué Jésus ? Saisi de frayeur et palpitant de crainte au milieu des périls, qui n'a point senti ses appréhensions s'évanouir, et la confiance lui revenir dès l'instant qu'il a invoqué ce nom plein de force et de générosité ? Quel est l'homme, dont l'esprit flottant et irrésolu n'a pas été fixé aussitôt par l'invocation de ce nom, qui porte la clarté et la

lumière dans l'âme ? Enfin, quel est celui, qui, se sentant découragé par l'adversité, et prêt à succomber, n'a pas repris une nouvelle vigueur au seul son de ce nom secourable ? ce sont là les langoureux et les maladies de l'âme, et il en est le remède. On peut justifier ce que je dis par ces paroles : « Invoquez-moi, dit-il, au jour de votre affliction, et je vous délivrerai, et vous m'honorerez (Psal. XLVI, 15). » Il n'y a rien qui soit plus propre à arrêter l'impétuosité de la colère, à abaisser l'enflure de l'orgueil, à guérir les plaies de l'envie à retenir les débordements de l'impureté, à éteindre le feu de la convoitise, à apaiser la soif de l'avarice et à bannir tous les désirs honteux et déréglés, car lorsque je nomme Jésus, non-seulement je me représente un homme doux et humble de cœur, bon, sobre, chaste, miséricordieux orné enfin de toutes sortes de vertus, et je me le représente encore comme Dieu tout-puissant, qui me guérit par son exemple, et me fortifie par son secours. Voilà ce que me dit le nom de Jésus. Ainsi, en tant qu'homme, il me donne un exemple à imiter, et, en tant que tout-puissant, il est pour moi un secours qui m'assiste : je me sers de ses exemples comme d'herbes médicinales, et du secours comme d'un instrument pour les préparer ; et je fais une sorte de composé, tel qu'aucun médecin n'en peut faire de semblable.

7. O mon âme, vous avez un antidote excellent caché dans le vase du nom de Jésus, un antidote salutaire, un remède efficace et souverain contre toutes vos maladies. Ayez-le toujours dans votre sein, ayez-le toujours sous la main, afin que toutes vos affections et toutes vos actions soient dirigées vers Jésus. Vous y êtes même invitée par ces paroles : « Mettez-moi, dit-il, comme un cachet sur votre cœur ; comme un cachet sur votre bras (Cant. VIII, 6). » Mais nous expliquerons ce passage

^a Saint Augustin rapporte la même chose de lui-même dans ses confessions, livre III, chapitre IV, au sujet de la lecture d'un livre de Hortensius. « Il n'y avait qu'une chose dans tout ce beau langage qui me faisait peine c'est que le nom de Jésus-Christ ne s'y trouvait point ; or tout écrit où ce nom fait défaut, quelque bien écrit, soigné et véridique qu'il soit, ne saurait me ravir tout entier.

ditur. Si scribas, non sapit mihi nisi legero ibi Jesum. Si disputes aut conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Jesus. Jesus mel in ore, in aure melos, in corde júbilus. Sed est et medicina. Tristatur aliquis vestrum ? Veniat in cor Jesus, et inde saliat in os ; et ecce ad exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, redit serenum. Labitur quis in crimen, currit insuper ad laqueum mortis desperando ? Nonne si invoet nomen vitæ, confestim respirabit ad vitam ? Cui aliquando stetit ante faciem salutaris nominis duritia (ut assolet) cordis, ignavia torpor, rancor animi, languor acedia ? Cui fors forte sicca fuit lacrymarum, invocato Jesu, non continuo erupit uberior, fluxit suavior ? Cui, in periculis palpitanti et trepidanti, invocatum virtutis nomen non statim situationem præstitit, depulit metum ? Cui, quæso, in dubiis restuanti et fluctuanti, non subito ad invocationem salutaris nominis emicuit certitudo ? Cui in adversis diffidenti, jam-jamque deficienti, si nomen adjutorii sonit, deficit fortitudo ? Nunquam morbi, et languores animæ isti sunt, illud medicina. Denique et probare licet in-

voca me, inquit, in die tribulationis : eruam te, et honorificabis me. Nihil ita iræ impetum cohibet, superbiæ tumorem sedat, sanatur livoris vulnus, restringit luxuriæ fluxum, exstinguit libidinis flammam, silim temperat avaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cum nomine Jesum hominem, mihi propono mitem et humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, et omni denique honestate ac sanctitate conspicuum, eundemque ipsum Deum omnipotentem, qui suo me et exemplo sanat, et roborat adjutorio. Hæc omnia simul mihi sonant, cum insonuerit Jesus. Sumo itaque mihi exempla de homine, et auxilium a potente ; illa tanquam pigmentarias species, hoc tanquam undæ aquam eas : et facio confectionem, cui similem medicoriam nemo facere possit.

7. Hoc tibi plectuarium habes, o anima mea, reconditum in vaseculo vocabuli hujus, quod est Jesus, salutarum certe, quodque nulli tanquam pesti tuæ inveniat in-
efficax. Semper tibi in sinu sit, semper in manu, quo tui omnes in Jesum et sensus dirigantur, et actus. De-

ailleurs. Maintenant vous avez un remède pour votre bras et pour votre cœur. Vous avez, dis-je, dans le nom de Jésus, de quoi vous corriger de vos mauvaises actions, ou perfectionner celles qui sont défectueuses; de même que vous avez de quoi préserver vos affections de la corruption, ou de quoi les guérir si elles se corrompent.

8. La Judée a eu aussi quelques Jésus, mais c'est en vain qu'elle se vante de leurs noms, puisqu'ils n'ont aucune vertu. Car ils n'éclaircissent point, ils ne nourrissent point, ils ne guérissent point. Voilà pourquoi jusqu'à cette heure, la Synagogue a toujours été dans les ténèbres, languissant de faim et tombant de faiblesse. Et elle ne sera point guérie ni rassasiée jusqu'à ce qu'elle sache que mon Jésus est le dominateur souverain de Jacob et de toute la terre, qu'elle se convertisse enfin, qu'elle souffre une faim pareille à celle des chiens affamés, et qu'elle tourne à l'entour de la ville. Ces Jésus ont été envoyés comme Elisée envoya son bâton devant lui pour ressusciter un mort (iv Reg. iv, 29). Ils n'ont pu expliquer leurs noms, qui étaient vides et privés de vertu. Le bâton fut nuis sur le mort, et le mort n'avait ni voix ni sentiment, parce que ce n'était qu'un bâton. Celui qui l'avait envoyé, est descendu lui-même, et aussitôt il a sauvé son peuple et l'a purifié de ses péchés, témoignant qu'il était véritablement ce qu'on disait de lui : « Qui est celui-ci qui même remet les péchés (Luc. vii, 49). » C'est sans doute celui qui dit : Je suis le salut du peuple. Voilà la voix, voilà le sentiment qui est revenu, et il est visible qu'il ne porte pas comme les autres un nom vain et stérile. On sent la vie répandue dans l'âme, et l'on ne tait point un si grand bienfait. Le sentiment est au dedans, et

la voix au dehors. Je suis touché de componction, et j'en rends des actions de grâces, et ces actions de grâces sont une marque de la vie que j'ai recouvrée. « Car un mort ne rend pas plus grâces que celui qui n'est point (Eccle. xvii, 26). » Voilà la vie, voilà le sentiment. Je suis parfaitement ressuscité; ma résurrection est entière. Quand le corps est-il mort, n'est-ce pas lorsqu'il est privé de sentiment et de vie? Le péché qui est la mort de l'âme ne m'avait laissé ni le sentiment de la componction, ni la voix de l'action de grâces, et j'étais mort. Celui qui remet les péchés vient, me rend l'un et l'autre; et dit à mon âme : « Je suis votre salut (Psal. xxxiv, 3). » Quelle merveille que la mort cède la place à la vie qui descend du ciel? La foi intérieure justifie, et la confession extérieure sauve (Rom. x, 10). L'enfant bâille, il bâille même sept fois (iv Reg. iv, 35), et dit : Sept fois le jour j'ai chanté vos louanges, Seigneur (Psal. cxviii, 164). Considérez ce nombre de sept. C'est un nombre sacré, il n'est pas sans mystère. Mais il vaut mieux que nous réservions ceci pour un autre discours, afin que nous nous approchions avec grand faim, non avec dégoût, de ces mets si excellents auxquels nous invite l'Époux de l'Église, notre Seigneur Jésus-Christ, qui étant Dieu est élevé au dessus de toutes choses, et béni dans tous les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

SERMON XVI.

La Contrition du cœur. Il y a trois espèces de confessions véritables.

1. Que veut donc dire ce nombre sept? Car je ne

*D*ique et invitaris : *Pone me*, inquit, *signaculum in corde tuo, signaculum in brachio tuo*. Sed hoc alias. Nunc vero habes unde et brachio medearis, et cordi. Habes, inquam, in nomine Jesu, unde actus tuos vel pravos corrigas, vel minus perfectos adimpleas; itemque unde tuos sensus aut serves, ne corrumpantur; aut, si corrumpantur, sanes.

8. Habuit et Judæa quosdam Jesus, quorum vacuis gloriatur vocabulis. Illa enim nec lucent, nec pascunt, nec medentur. Idecirco Synagoga in tenebris est usque adhuc, fame et infirmitate laborans; et non sanabitur nec satiabitur, quousque sciat meum Jesum dominari Jacob et finium terræ, et convertatur ad vesperam, et famem patiatur ut canes, et circumeat civitatem. Et illi quidem præmissi sunt, tanquam baculus ad mortuum prophetam præveniens, et sua interpretari nomina nequiverunt; vacua quippe erant. Superpositus mortuo baculus est, et non erat vox neque sensus, quoniam baculus erat. Descendit qui baculum misit : et mox saluum fecit populum suum a peccatis eorum, probans se esse quod dicebatur : *Quis est hic qui etiam peccata dimittit?* Nimirum qui dicit, *Salus populi ego sum*. Jam vox, jam sensus est; et patet eum non inane por-

tare nomen instar priorum. Sentitur infusa salus, et beneficium non tacetur. Intus sensus, foris vox. Compungor, et confiteor, et confessio vilam indicat : *A mortuo enim, tanquam qui non est, perit confessio*. Ecce vita, ecce sensus. Suscitatus perfecte sum, integra est resurrectio. An aliud mors corporis est, nisi cum sensu privatur et vita? Peccatum, quod mors animæ est, nec compunctionis mihi sensum, nec confessionis reliquerat vocem, et eram mortuus. Venit is qui peccata dimittit, et utrumque restituit, et dicit animæ meæ : *Salus tua ego sum*. Quid mirum si cedit mors, ubi Vita descendit? Jam corde creditur ad justitiam, et ore confessio fit ad salutem. Jam oscitat puer, et oscitat septies, et dicit : *Septies in die laudem dixi tibi Domine*. Videte hunc septenarium. Sacer numerus est : non vacat. Sed melius hoc alii servamus sermoni, quo famelici et non fastidiosi ad tam bonas epulas accedamus, invitante nos Sponso Ecclesiæ Domino nostro Jesu-Christo, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO XVI.

De cordis contritione; et de tribus speciebus veræ confessionis.

1. Quid sibi ergo vult septenarius iste? Nescio enim

Jésus est placé au-dessus de tous ceux qui portent ce nom.

crois pas qu'il y en ait d'assez simples parmi nous pour s'imaginer que ces sept fois que l'enfant a bâillé ne signifient rien, et que ce nombre est fortuit. Je ne crois pas même que ce fut sans mystère que le prophète Élisée se coucha sur l'enfant mort, se rapetissa à la mesure de son corps, mit la bouche sur sa bouche, les yeux sur ses yeux, et les mains sur ses mains (vi. Reg. iv, 34). Le Saint Esprit a voulu que toutes ces choses arrivassent de cette sorte, et qu'on les écrivit aussi de même, pour l'instruction sans doute de ces esprits que la société malheureuse de leurs corps tout pleins de corruption a séduits, et que la folle sagesse du monde a rendus insensés. Car le corps qui se corrompt appesantit l'âme, et cette demeure de terre et de boue abat l'esprit qui veut s'élever par la sublimité de ses pensées (Sap. vi, 15). Que personne ne s'étonne donc et ne se fâche si je recherche avec curiosité à découvrir ces choses, qui sont comme les trésors du Saint Esprit. C'est en cela que consiste la véritable vie, et mon esprit n'en a point d'autre que de semblables mystères. Quant à ceux qui me préviennent déjà par leur vivacité, et qui dans toute sorte de discours demandent la fin, avant presque d'avoir ouï le commencement, qu'ils sachent que je me dois aussi aux plus lents, et même que je me dois encore plus à eux qu'aux autres. D'ailleurs j'ai beaucoup moins à cœur d'expliquer les paroles que je propose que de toucher les cœurs. Il faut que je puise l'eau, et que je la donne à boire, ce qui ne se fait pas en parcourant les choses à la hâte, mais en les traitant avec exactitude et en y revenant souvent. Il est vrai que je ne pensais pas moi-même que l'examen de ces mystères nous dût retenir si longtemps. Je

croyais, je le confesse, qu'un seul sermon suffirait pour cela, que nous passerions aisément cette forêt sombre et ombreuse d'allégories, et qu'en un jour nous pourrions arriver aux plaines agréables des sens moraux. Mais il en a été autrement. Nous avons déjà marché deux jours, et il reste encore du chemin à faire. L'œil, de loin, parcourait en un moment le faite des rameaux, et les sommets des montagnes, mais il ne voyait pas la vaste profondeur des vallées, et l'épaisseur des buissons et des taillis. Pouvais-je prévoir, par exemple, que, en parlant de la vocation des Gentils, et de l'exclusion des Juifs, le miracle d'Élisée viendrait se présenter tout-à-coup à ma pensée? Mais puisqu'il en est arrivé ainsi, arrêtons-nous-y un peu. Nous reprendrons ensuite le sujet que nous avons quitté. Aussi bien celui-ci n'est pas moins que l'autre la nourriture des âmes. Ne voyons-nous pas qu'il arrive souvent aux chiens et aux chasseurs de laisser la bête qu'ils poursuivaient, pour courir après une autre qui s'offre inopinément.

2. C'est une chose qui ne me donne pas peu de confiance, de voir que ce grand prophète, puissant en œuvres et en paroles, descendu des cieus comme d'une haute montagne, ait daigné me visiter, moi qui ne suis que cendre et poussière; a eu compassion de moi lorsque j'étais mort, s'est couché sur moi, s'est rapetissé, s'est proportionné à ma petitesse, a éclairé mes yeux par la lumière des siens, a délié ma bouche muette par un baiser de sa propre bouche, et fortifié, par son attouchement, mes mains faibles et débiles. Je pense à ces marmelles, et je suis comblé d'une douceur ineffable, mon cœur est rempli de joie, mon âme en reçoit une nouvelle vigueur, et tout ce qu'il y a de plus

Il s'excuse de ses longueurs.

Élysée ressuscitant un enfant est la figure de Jésus-Christ.

Ce que Jésus fait dans le cœur, dans la bouche et dans les mains.

Co que saint Bernard se propose, c'est moins d'exposer le sens de l'Écriture que de toucher les cœurs.

an ita simplex quispiam in nobis sit, qui otiosas esse has vices, et numerum hunc putet fortuitum. Ego nec illud vacare reor, quod Propheta incumbens super mortuum, ad mensuram puerilis corporis sese contraxit, os suum ori illius conjunxit, oculisque oculos, et manibus manus. Spiritus-Sanctus sic omnia fieri, et sic scribi fecit, ad eruditionem proculdubio illorum spirituum, quos corrupti corporis circumvenit infida societas, ac stulta mundi sapientia desipere docuit. *Corpus quippe quod corrumpitur, aggravat animam; et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.* Propterea nemo miretur aut moleste accipiat, si in his scrutandis, tanquam quibusdam Spiritus-Sancti apothecis, curiosus existo, cum sciam quia sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei. Dico tamen his qui prævolantes ingenio, in omni sermone ante prene flagitant sinem, quam principium teneant, debitorem me etiam tardioribus esse, et maxime, sed nec studium tam esse mihi ut exponam verba, quam ut imbuam corda. Et haurire, et propinare me oportet: quod non fit celeriter percurrendo, sed tractando diligenter, et exhortando frequenter. Quamquam et præter spem quoque meam diu nos discussio detinuit sacramentorum. Putavi, fateor, unum ad hoc sermonem sufficere, silvamque istam umbrosam, late-

brosamque allegoriarum pertransire nos cito, et ad plannitiam moralium sensuum itinere dici quasi unius pervenire: sed secus contigit. Biduum quippe jam in eo expendimus, et adhuc restat via. Ictus oculi eminus summitates ramorum et montium cacumina pervolabat: sed vallium subterjacens vastitas, et densitas dumetorum frustrabatur obtutus. Numquid, verbi gratia, Elisæi miraculum prævidere valebam, quia nobis videlicet de Gentium vocatione et repulsionem Judæorum disserentibus, ita de subito in medium prosilliret? Et nunc, quandoquidem incidimus, nos pigeat non paululum immorari, consequenter ad id quod intermittimus postea reversuros. Siquidem animarum cibus nihilominus est iste. Canibus quoque ac venatoribus plerumque contingit a bestia, quam aggressi erant, desistere; et sequi aliam, quæ inopinantibus forte occurrerit.

2. Non parvum fiduciæ robur præstat mihi, quod magnus ille vir propheta, potens in opere, et sermone, de excelso monte cœlorum descendens, visitare dignatus est me, cum sim cinis et pulvis; misereri mortuo, inclinare se jacenti, contrahi et cœquari parvo, cæco partiri lumen oculorum suorum, et os mutum oris proprii osculo solvere, debilesque manus suarum roborare contactu. Suaviter rumino ista; et replentur viscera mea, et

intérieur en moi, en rend à Dieu des actions de grâces infinies. Il a fait une fois ces choses par tout l'univers, et chacun sent qu'il les fait encore tous les jours au dedans de soi. Chacun sent qu'il donne à son cœur la lumière de l'intelligence, à sa bouche des paroles d'édification, et à ses mains des œuvres de justice. C'est lui qui nous donne la grâce d'avoir de bonnes pensées, de les expliquer utilement, et de les exécuter avec fidélité. C'est là ce lien à trois cordons difficile à rompre et dont il se sert pour tirer les âmes de la prison du diable et pour les attirer après soi dans le royaume des Cieux ; il consiste en trois choses : à avoir des sentiments purs, des discours utiles, et des sentiments et une vie conformes à nos discours. Il a touché mes yeux avec les siens, en ornant le front de l'homme intérieur des deux clairs flambeaux de la foi et de l'intelligence. Il a uni sa bouche à la mienne, et imprimé ce signe de paix sur un mort. Nous étions, en effet, pécheurs et morts à la justice, et il nous a réconciliés avec Dieu. Il a appliqué sa bouche sur ma bouche, en soufflant de nouveau sur mon visage, l'esprit de vie, mais d'une vie plus sainte qu'il n'avait fait d'abord. Car la première fois il créa en moi une âme vivante, mais la seconde, il y a formé un esprit vivifiant. Il a mis ses mains sur les miennes, en me donnant l'exemple des bonnes œuvres, et le modèle de l'obéissance ; ou du moins il a employé ses mains à des choses fortes, afin de dresser mes mains au combat, et mes doigts à la guerre.

3. Et l'enfant dit-il, bâilla sept fois. Il suffisait pour l'éclat du miracle qu'il eût bâillé une seule fois. Mais cette multiplicité, et ce nombre remarquable nous avertissent d'un mystère. Si vous con-

sidérez ce grand corps de tout le genre humain qui était mort, vous trouverez que l'Église, dès qu'elle a reçu la vie du Prophète qui s'est couché sur elle, a bâillé sept fois, car elle a coutume de chanter les louanges de Dieu sept fois le jour. Et si vous vous considérez vous même, vous reconnaîtrez que vous vivez de la vie spirituelle, et que vous accomplissez ce nombre mystérieux, si vous soumettez les cinq organes de la sensualité, aux deux propriétés de la charité, et si, selon l'Apôtre, vous faites servir vos membres à la justice, en ne les employant qu'à des usages saints, tandis que, auparavant, vous les avez fait servir à l'iniquité ; ou bien si, usant de vos cinq sens pour le salut du prochain, vous ajoutez, pour achever le nombre de sept, ces deux choses, louer Dieu de sa miséricorde et de sa justice.

4. J'ai encore sept autres bâillements, qui sont sept expériences, sans lesquelles l'on ne peut pas être assuré qu'on ait recouvré la vie. Quatre regardent le mouvement de la conponction, et les trois autres concernent le son extérieur de la confession. Si vous vivez, si vous avez de la voix, si vous avez du sentiment, vous reconnaîtrez en vous ce que je viens de vous dire. Or sachez que vous avez recouvré le sentiment, si vous sentez votre conscience vivement touchée de quatre sortes de conponctions, je veux dire d'une double pudeur, et d'une double crainte. Car la triple confession dont nous parlerons ensuite, et qui achève le nombre sept, est un témoignage assuré d'une véritable résurrection. Le saint prophète Jérémie n'observait-il pas aussi ce nombre dans ses lamentations. Et vous aussi, dans celles que vous ferez pour vous-même, gardez cette forme qu'il vous a prescrite,

Sept signes
d'une
vraie résur-
rection.

Quel est le
lien à
trois cordes
des
prédicateurs.

Sens mysti-
ques des sept
bâillements
de l'enfant.

interiora mea saginantur, et omnia ossa mea germinant laudem. Hoc semel contulit universitati : hoc quotidie singuli in nobis acitari sentimus, et cordi scilicet tribui intelligentiæ lumen, et ori ædificationis verbum, et manibus opus justitiæ. Dat sentire fideliter, dat proferre utiliter, dat efficaciter adimplere. Et est funiculus triplex qui difficile rumpitur, ad extrahendas animas de carcere diaboli, et trahendas post se ad regna cœlestia, si recte sentias, si digne proloquaris, si vivendo confirmes. Oculis suis tetigit meos, interioris hominis frontem * claris luminaribus ornans, fide et intellectu. Ori meo junxit suum, et mortuo signum pacis impressit : quoniam cum adhuc peccatores essemus, reconciliavit nos Deo, justitiæ mortuos. Os ori applicuit, iterato inspirans in faciem meam spiraculum vitæ, sed sanctioris quam primo. Nam primo quidem in animam viventem creavit me : secundo in spiritum vivificantem reformavit me. Manus suas meīs superposuit, exemplum præbens honorum operum, formam obedientiæ. Aut certe manus suas misit ad fortia, ut doceret manus meas ad prælium, et digitos meos ad bellum.

3. Et oscitavit, inquit, puer septies. Sufficiebat ad gloriam manifestandi miraculi oscitasse semel : sed multiplicitas et insignis numerus mysterii admonent. Si

illud ingens universi humani generis primum quidem exanime corpus attendas, vides ubique Ecclesiam, ex quo vitam Propheta incumbente recepit, quasi septies oscitare : quia septies in die in laudem dicere consuevit. Si teipsum advertas, in hoc te noveris vita vivere spirituali, ac mysticum hunc implere numerum, si sensualitatis tuæ quinarium charitatis binario subjicis, exhibesque juxta apostolum membra tua servire justitiæ in sanctificationem, quæ prius exhibuisti servire iniquitati ad iniquitatem : aut certe si eundem quinarium proximorum salutis impertiens, ad perficiendum septenarium duo hæc adjicias, misericordiam scilicet et judicium cantare Deo.

4. Habeo et alias septem oscitationes, septem videlicet experimenta, sine quibus vera et certa salus redivi spiritus minime constat : quatuor ad sensum conponctionis, tria ad confessionis sonum pertinentia. Si visis, si vox, si sensus est, tu quoque eadem in te recognoscis. Porro sensum ex integro recuperasse te scias, si tuam conscientiam quadruplici sentis conponctione morderi, pudore gemino, et gemino metu, nam vitam ad perficiendum septenarium triplex confessionis species attestatur, de quibus postea videbitur. Nonne et sanctus Jeremias in suo planetu observat hunc numerum ? Et tu

* *af. tanquam.*

pensez que Dieu est votre créateur, votre bienfaiteur, votre Père, votre Seigneur. Vous êtes criminel à l'égard de toutes ces qualités, pleurez donc en pensant à chacune d'elles. Que votre crainte réponde à la première et à la dernière, et la pudeur aux deux du milieu. On ne craint point un père, parce qu'il suffit d'être père pour n'être point craint ; car il est de la bonté d'un père d'avoir toujours pitié de ses enfants, et de leur pardonner ; et lorsqu'il frappe il se sert de la verge, non du bâton, et il guérit lui-même les plaies qu'il a faites. Voici la voix d'un père, « je frapperai et je guérirai après avoir frappé (Deut. xxxii, 39). » Vous n'avez donc rien à craindre de ce père, puisque s'il frappe quelquefois c'est pour corriger, jamais pour se venger. Mais lorsque je pense que j'ai offensé ce Père céleste, bien que je n'aie rien à craindre, j'ai néanmoins sujet d'être touché de honte. Il m'a engendré volontairement par la parole de la vérité, non par le plaisir d'une volupté, comme celui qui m'a engendré selon la chair. De plus, il n'a pas épargné son Fils unique pour moi qui suis de cette sorte. C'est ainsi qu'il m'a traité véritablement avec toute la tendresse d'un père, mais je n'ai pas agi envers lui avec l'affection et la reconnaissance d'un fils. De quel front donc un si mauvais fils peut-il lever les yeux sur un si bon Père ? J'ai honte d'avoir fait des choses si peu dignes de mon origine ; j'ai honte d'être dégénéré d'un tel Père. Mes yeux, versez des ruisseaux de larmes. Que mon visage soit couvert de honte et de confusion, qu'il soit rempli d'obscurité et de ténèbres ; que ma vie s'éteigne, et que je passe le reste de mes jours dans les gémissements et dans les larmes. O honte, hélas ! quel fruit ai-je tiré des choses dont maintenant je rougis ? Si j'ai semé dans

la chair (Gal. vi, 2), je ne recueillerai de la chair que la corruption, et si c'est dans le monde, le monde passe avec ses convoitises. (I Joan. ii, 13). Comment est-il possible que j'aie été si malheureux et si insensé que de n'avoir point rougi de préférer à l'amour et à l'honneur que je devais à ce Père éternel, des biens caducs et vains, qui ne sont rien, et qui se terminent à la mort ? Je suis honteux et confus en entendant ces paroles : « Si je suis Père, où est l'honneur qu'on me doit. (Malach. i, 6). »

5. Mais quand il ne serait point Père ? ne m'a-t-il pas comblé de bienfaits ? Sans parler d'un nombre infini d'autres faveurs, il produit tous les jours contre moi, pour témoins de mon ingratitude, la nourriture de ce misérable corps, l'usage du temps, et par dessus tout, le sang de son cher fils, dont la voix s'élève de la terre pour me confondre. J'ai honte de cette extrême ingratitude, et pour comble de confusion, je suis encore convaincu d'avoir rendu le mal pour le bien, et la haine pour l'amour. Je n'ai rien à craindre, il est vrai, d'un bienfaiteur, non plus que d'un père. Car il est véritablement libéral, il donne avec abondance, et ne reproche jamais ce qu'il a donné. Il ne reproche point ses dons, parce que ce sont vraiment des dons, et qu'il ne vend pas ses faveurs, mais les donne. Et d'ailleurs ils sont sans repentir. Mais plus j'ai des sentiments favorables de ses largesses, plus je suis obligé d'en avoir de vils et méprisables de mon indignité. O mon âme, rougis de honte, et sois accablée de douleur. Car s'il ne convient pas à sa bonté et à sa magnificence de redemander, ou de reprocher ce qu'il a donné, il convient encore moins à la bienséance et à l'honneur d'être ingrat et oublieux de tant de bienfaits. Hélas ! que ren-

Quatre motifs
de contri-
tion.

C'est un Père
qui
est offensé.

De là un senti-
ment de
honte.

C'est un
bienfaiteur
qui est
humble.

De là encore
un senti-
ment
de honte.

.....

igitur in tua pro te lamentatione formam habens propheticam, Deum cogita Factorem tuum, cogita et Benefactorem, cogita Patrem, cogita Dominum. Ad omnia reus es : plange per singula. Ad primum et ultimum respondeat timor tuus : ad duo media pudor, Pater sane non metuitur, cum pater sit. Patris enim est misereri semper et parcere. Et si percutit, virga non baculo percussit ; et cum percusserit, sanat. Paterna vox est *Percutiam, et ego sanabo*. Non est proinde quod a patre formides, qui etsi quandoque feriat ut emendet, nunquam tamen ut vindicet. At vero cogitantem quod Patrem offenderim, est certe quod pudeat, etsi non quod terreat. Voluntarie genuit me verbo veritatis, non stimulo carnalis cupiditatis excussit, quemadmodum genitor carnis meæ. Deinde etiam non pepercit Unigenito pro sic genito. Ita ipse quidem Patrem se exhibuit mihi, sed non ego me illi vicissim filium. Quanam fronte attollo jam oculos ad vultum Patris tam boni, tam malus filius ? Pudet indigna gessisse genere meo, pudet tanto Patre vixisse degenerem. Exitus aquarum deducite oculi mei : operiat confusio faciem meam, vultum meum pudor suffundat, occupetque caligo. Deficiat in dolore vita mea, et anni

mei in gemitibus. Proh pudor ! quem fructum habui in quibus nunc erubesco ? Si in carne seminavi, de carne non metam nisi corruptionem ; si in mundo, et ipse transit, et concupiscentia ejus. Quid ? Caduca, vana, et prope nulla, et quorum finis mors est, infelix et insanus præferre non erubui æterni Patris amoris et honori. Confundor, confundor audire : *Si ego pater, ubi est honor meus ?*

5. Sed et si Pater non esset, obrueret me beneficiis. Instaurat adversum me testes (ut alia innumera taceam) hujus corporis victum, et usum temporis hujus, et super omnia sanguinem dilecti Filii clamantem de terra. Pudet ingritudinis, quanquam ad confusionis cumulum, arguar etiam reddidisse mala pro bonis, et odium pro dilectione. Minime quidem mihi a Benefactore, sicut nec a Patre timendum. Verus quippe beneficus est, dans affluenter, et non impropere. Non impropere dona, quia dona sunt : et beneficia sua mihi dedit, non vendidit. Denique sine pœnitentia sunt dona ejus. At quanto de illo benignius, tanto de me indignius sentire cogor. Erubescere, et dole nihilominus anima mea : quoniam etsi illum non repetere et non impropere decet, nos tamen omnino dedecet ingratos immemoresque exstitisse.

drai-je au moins maintenant du Seigneur pour tant de grâces que j'ai reçues de lui ?

6. Mais si je ne suis point touché de honte, que je sois au moins saisi de crainte ; et qu'elle vienne au secours de la honte. Mettons un peu de côté les noms tendres de bienfaiteur et de père ; et tournons-nous vers d'autres plus austères. Car si nous lisons qu'il est le Père des miséricordes et le Dieu de toute consolation (II. Cor. 1, 3) ; nous lisons aussi, qu'il est le Seigneur et le Dieu des vengeances (Psal. xciii, 4) ; qu'il est un juge juste et puissant (Psal. vii, 12) ; terrible dans la conduite qu'il tient sur les enfants des hommes (Psal. lxxv, 5) ; un Dieu jaloux. C'est pour vous qu'il est père et bienfaiteur, c'est pour lui qu'il est Seigneur et Créateur. (Exod. xx, 5). Car c'est pour lui qu'il a fait toutes choses, selon que l'Écriture sainte nous le témoigne. Croyez-vous donc que celui qui défend et conserve avec tant de soin ce qui est à vous, ne sera point jaloux de ce qui est à lui ? Croyez-vous qu'il ne recherchera pas l'honneur du commandement et de la souveraineté ? L'impie a irrité Dieu contre lui, parce qu'il a dit en son cœur : « Il ne recherchera pas (Psal. ix, 1). » Car, qu'est-ce que dire en son cœur, « il ne recherchera pas, » sinon ne pas appréhender qu'il recherche ? Mais il recherchera jusqu'au dernier denier ; il fera une recherche très-exacte, et punira rigoureusement les hommes vains et superbes. Il demandera le service à celui qu'il a racheté ; l'honneur et la gloire à celui qu'il a créé.

7. Il dissimulera et pardonnera comme Père et comme bienfaiteur, je le veux bien, mais non pas comme créateur et comme seigneur. Et celui qui épargnera un fils, n'épargnera pas un mauvais

serviteur, l'œuvre de ses mains. Considérez combien c'est une chose terrible et pleine d'horreur d'avoir méprisé votre créateur, et le créateur de tout le monde ; d'avoir offensé le Seigneur de majesté. La Majesté doit être redoutée ; un Seigneur doit être craint, mais principalement une telle majesté, un tel seigneur. Car si les lois des hommes, condamnent au dernier supplice celui qui se trouve coupable de lèse-majesté envers un homme, quelle sera la fin de ceux qui méprisent la toute puissance d'un Dieu ? S'il touche les montagnes, elles sont embrasées (Psal. cxliii, 5) ; et une vile poussière, qu'un léger souffle peut disperser en un moment, sans espérances d'être jamais recueillie, ose irriter une majesté si redoutable. Celui qu'il faut craindre, oui, je le repète, celui qu'il faut craindre, c'est celui qui, après avoir tué le corps, a le pouvoir de l'envoyer dans les flammes éternelles (Luc. xii, 5). Je redoute l'enfer, je redoute le visage de mon juge que redoutent les anges même. Je tremble à la seule pensée de la colère du Tout-Puissant, de la fureur qui éclatera sur son visage, du bruit épouvantable que fera le monde en s'écroulant, de l'embrassement de l'univers, d'une tempête si terrible, de la voix de l'archange, et de sa parole pleine d'horreur et d'effroi. Je tremble en songeant aux dents du dragon infernal, aux cachots affreux de l'enfer, aux lions rugissants tout prêts à dévorer leur proie. Je redoute ce ver qui ronge, ce feu qui brûle sans cesse, cette fumée, cette vapeur, ce souffre, ces tourbillons de flammes, ces ténèbres extérieures. Qui mettra une fontaine dans ma tête, et une source de larmes dans mes yeux, afin que, par mes pleurs, je prévienne ces pleurs éternels, ces grincements de dents, ces

Crainte du jugement dernier et de l'enfer.

Heu ! quid vel nunc tandem retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi ?

6. Quod si segnior forte suas partes minus exsequitur pudor, timor sane excitetur in adiutorium. Excitetur, ut excitet. Sepone parum via vocabula Benefactoris et Patris, atque ad austeriora convertere. Nempè qui legitur Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis ; legitur nihilominus Deus ultionum Dominus ; legitur Deus iudex justus et fortis ; legitur terribilis in conciliis super filios hominum ; legitur Deus zelans. Quod pater est, quod beneficus est, tibi est : quod Dominus ac creator, sibi ; etenim propter semetipsum fecit omnia, scriptura teste. Qui ergo quod tuum est tibi defendit ac servat ; putas, et pro se aliquando non zelabit ? putas sui non requirit principatus honorem ? Propter hoc irritavit impius Deum, quia dixit in corde suo, Non requireret. Et quid est in corde suo dicere, non requireret, nisi non metuere quod requirat ? Sed requireret usque ad novissimum quadrantem ; requireret et retribuet abundanter facientibus superbiam. Requirit a redempto servitium, honorem et gloriam ab eo quem plasmavit.

7. Esto quod dissimulet Pater, ignoscat Beneficus : sed non Dominus et Creator ; et qui parcat filio, non

parcet figmento, non parcat servo nequam. Pensa cujus sit formidinis et horroris, tuum atque omnium contemptisse Factorem, offendisse Dominum majestatis. Majestatis est timeri, Domini est timeri, et maxime hujus majestatis, hujusque Domini. Nam si reum regie majestatis ; quamvis humanæ, humanis legibus plecti capite sancitum sit : quis finis contemnentium divinam omnipotentiam erit ? Tangit montes, et fumigant : et tam tremendam majestatem audet irritare vilis pulvisculus, uno levi flatu mox dispergendus, et minime recolligendus ? Ille, ille timendus est, qui postquam occiderit corpus, potestatem habet mittere et in gehennam. Paveo gehennam, paveo judicis vultum, ipsi quoque tremendum angelicis potestatis. Contremisco ab ira potentis, a facie furoris ejus, a fragore ruentis mundi, a conflagratione elementorum, a tempestate valida, a voce archangeli, et a verbo aspero. Contremisco a dentibus bestie infernalis, a ventre inferi, a rugientibus præparatis ad escam. Horreo vermem rodentem, et ignem torrentem, fumum, et vaporem, et sulphur, et spiritum procellarum : horreo tenebras exteriores. Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, ut præveniam fletibus fletum, et stridorem dentium, et

C'est le Seigneur qui est offensé.

De là la crainte.

liens, ces entraves d'airain, ces chaînes pesantes, qui serrent, qui brûlent, et qui ne consomment point? O ma mère, pourquoi m'avez-vous engendré pour être un fils de douleur, un fils d'amertume, d'indignation et de gémissements éternels? Pourquoi m'avez-vous recueilli sur vos genoux? Pourquoi m'avez-vous allaité de vos mamelles? puisque je ne suis né que pour brûler et pour servir d'aliment à un feu qui ne s'éteindra jamais?

8. Celui qui est pénétré de ces mouvements a sans doute recouvré le sentiment, et cette double crainte, accompagnée de cette double pudeur, lui a déjà causé quatre bâillements. Il ajoutera les trois autres qui restent par la voix de la confession; et alors on ne dira plus de lui qu'il n'a ni voix ni sentiment; pourvu néanmoins que cette confession procède d'un cœur humble, simple et fidèle. Confessez humblement, purement et fidèlement, tout ce qui vous donne des remords de conscience, et vous avez accompli ce nombre mystérieux. Il y en a qui se glorifient lorsqu'ils ont mal fait, et qui mettent leur joie en des choses détestables, c'est d'eux que le Prophète parle, quand il dit : « Ils ont publié leurs crimes comme Sodome (Isa. III, 9). » Mais ne parlons point de ces personnes ici, ce sont des profanes; or qu'avons-nous affaire de ceux du dehors?

9. Il nous est arrivé quelquefois d'entendre des hommes même qui ont pris l'habit de la religion, et qui professent la vie monastique, se vanter avec une extrême impudence de leurs fautes passées, comme de s'être battus en duel, ou d'avoir surmonté leur adversaire dans quelque dispute fameuse, et autres choses semblables que la vanité du monde estime et prise beaucoup, mais qui sont

très-nuisibles, très-pernicieuses, et très-dangereuses pour le salut de l'âme. Ces discours témoignent qu'on a encore l'esprit du monde; et l'humble habit que portent ces personnes n'est pas une preuve du renouvellement de leur vie, mais un manteau dont ils couvrent leurs anciens dérèglements. Quelques-uns racontent ces choses comme par un sentiment de douleur et de regret, mais comme ils y recherchent intérieurement de la gloire, il n'effacent pas leurs crimes, ils se trompent seulement eux-mêmes. Car on ne se moque point de Dieu (*Galat. vi, 7*). Ils n'ont pas dépouillé le vieil homme, mais ils le couvrent de nouveau. Cette confession ne découvre, ne chasse pas le vieux levain, mais l'enracine davantage, selon ces paroles : « La corruption s'est invétérée dans mes os, pendant que je crie tout le long du jour (*Psal. xxxi, 3*). » J'ai honte de rapporter l'effronterie de quelques uns, qui est telle, qu'ils ne rougissent point de se vanter, et de se réjouir des choses dont ils devraient pleurer : par exemple, que même depuis qu'ils ont reçu le saint habit de la religion, ils ont surpris quelqu'un de leurs frères par adresse, et l'ont trompé dans une telle rencontre, ou qu'ils ont bien relancé une personne qui leur disait des injures, c'est-à-dire, qu'ils ont rendu fièrement le mal pour le mal, et injure pour injure.

10. Mais il y a une confession qui est d'autant plus dangereuse, qu'elle cache sa vanité d'une manière plus subtile, lorsque nous n'appréhendons point de découvrir des fautes honteuses, non parce que nous sommes humbles, mais afin qu'on croie que nous le sommes. On cherche la louange dans l'humilité, ce n'est pas la vertu, mais le renversement de l'humilité. Celui qui est vraiment humble, veut être estimé

Il y en a qui font semblant de faire pénitence.

Il y en a qui se font gloire de leurs mauvaises paroles ou de leurs mauvaises actions.

La confession doit être humble.

manuum pedumque dura vincula, et pondus catenarum prementium, stringentium, urentium, nec consumptionium? Heu me, mater mea! ut quid me genuisti filium doloris, filium amaritudinis, indignationis et plorationis æternæ? Cur exceptus genibus, cur lactatus uberibus, natus in combustionem, et cibus ignis?

8. Qui sic afficitur, sensum procul dubio recuperavit, et id in duplici metu isto, itemque pudore illo æque duplici habet oscitationes quatuor. Tres quæ restant ex voce confessionis adjiciet, et nequaquam dicetur jam de eo, quod non sit vox neque sensus : si tamen de corde humili, simplici, fidelique processerit illa confessio. Omne ergo quod remordet conscientiam, confitere humiliter, pure, fideliter; et has vices implesti. Sunt qui gloriantur cum male fecerint, et exsultant in rebus pessimis. Quos notans Propheta, peccata sua, inquit, prædicaverunt sicut Sodoma. Verum hos ab hac disputatione, tanquam sæculares amoveo; nam quid ad nos de his qui foris sunt?

9. Quanquam et de his, qui religiose vestiti, et religionem professi sunt, nonnunquam audivimus aliquos reminisci et jactitare impudentissime mala sua præterita, quæ (verbi gratia) aliquando vel fortiter gla-

10. Quis nostrum digne distinguere sufficiat has varietates meritorum, vel potius præmiorum? Ne omnino tamen præterierit quod ipsi novimus^{*} videamur; prior mulier stravit sibi in tuto humilitatis, posterior in solio spei, Thomas in solido fidei, Joannes in lato charitatis, Paulus in intimo sapientiæ, Petrus in luce veritatis. Sic ergo apud Sponsam mansiones multæ sunt, et sive regina, sive concubina, sive etiam de numero sit adolescentularum, congruum quæque pro meritis accipit ibi locum terminumque, quousque liceat sibi contemplando procedere, et introire in gaudium Domini sui, et rimari dulcia secreta sponsi. Quod suo loco distinctius, quantum dignabitur ipse suggerere, demonstrare conabor. Nunc vero id nosse sufficiat, nulli adolescentularum, nulli concubinarum, nulli vel reginarum patere omnino accessum ad secretum illud cubiculi, quod suæ illi columbæ formosæ, perfectæ uni, unicum Sponsus servat. Unde nec ego sane indignor, si non ad illud admit-

que colombe, qui seule est belle et parfaite. C'est pourquoi je ne me fâche point de ce qu'on ne m'en permet pas l'entrée, puisque je suis assuré que l'Épouse même n'est pas encore admise à tous les secrets où elle souhaiterait bien entrer. Car elle demande avec instance en quel lieu son Époux fait paître son troupeau, l'endroit où il se repose à midi.

11. Mais écoutez jusqu'où je suis arrivé, ou plutôt jusqu'où je me crois arrivé. Car vous n'imputerez point à vanité ce que je dis afin de vous servir. Il y a un endroit chez l'Époux, où ce souverain Maître de l'univers forme ses secrets et règle ses conseils, et d'où il donne des lois à toutes les choses créées, avec poids, nombre et mesure. Cet endroit-là est haut et secret, mais il n'est point tranquille. Car, bien qu'il dispose toutes choses avec douceur, autant qu'il est en lui, il les dispose pourtant, et ne permet pas que celui qui est arrivé jusque-là par la contemplation demeure en repos; mais, par une conduite merveilleuse et néanmoins très-douce, il le lasse et l'inquiète, dans son admiration et dans ses recherches. L'Épouse exprime parfaitement bien l'un et l'autre dans la suite, le plaisir et l'inquiétude de cette contemplation, lorsqu'elle confesse qu'elle dort, et que son cœur veille (*Cantic. v, 2*). Car, par le sommeil, elle marque qu'elle goûte le repos d'un doux assoupissement et d'une admiration tranquille; et, par la veille, elle fait connaître qu'elle ne laisse pas de souffrir le travail d'une curiosité inquiète et d'un exercice laborieux. C'est ce qui fait dire au saint homme Job: « Lorsque je dors, je dis: quand me lèverai-je? et lorsque je suis levé, j'attends le soir avec impatience. » Ne comparez-vous point par ces paroles qu'une âme

Dans le premier état c'est la Providence qui est contemplée.

Il y a du plaisir et de l'inquiétude dans cet état.

tor, præsertim cum constet mihi ne ipsam quidem sponsam interim adhuc ad omne quod vult pervenire secretum. Denique et flagitat indicari sibi, ubi pascat, ubi cubet in meridie.

11. Sed audite quousque pervenerim, aut me pervenisse putaverim. Nec enim jactantiæ deputandum est, quod in vestros pando profectus. Est locus apud Sponsam, de quo sua jura decernit, et disponit concilia ipse universitatis gubernator, leges constituens omni creaturæ, pondus, et mensuram, et numerum. Et locus iste altus et secretus, sed minime quietus. Nam et si ipse (quantum in se est) disponit omnia suaviter, disponit tamen; et contemplantem, qui forte eo loci pervenerit, quiescere non permittit; sed mirabiliter, quamvis delectabiliter, rimantem et admirantem fatigat, reddique inquietum. Pulchre utrumque in consequentibus Sponsa exprimit, et delectationem videlicet istiusmodi contemplationis, et inquietudinem, ubi et se dormire, et cor suum vigilare fatetur. Nam in somno quidem suavissimi stuporis, placidæque admirationis sentire quietem; in vigiliis vero inquietæ nihilominus curiositatis ac laboriosæ exercitationis pati se fatigationem significat. Hinc beatus Job: *Si dormiero, ait, dico: Quando consurgam? et rursus expectabo vesperam.*

Divers états des contemplatifs.

* *al. movimus*

sainte veut quitter quelquefois un repos qui l'incommode, si on peut parler ainsi, et rechercher une paix qui lui est agréable? Car Job n'aurait pas dit : « Quand me lèverai-je? » si ce repos de sa contemplation lui eût plu tout à fait; et, d'un autre côté, s'il lui avait absolument déplu, il n'aurait pas attendu avec impatience l'heure du repos, c'est-à-dire le soir. Ce lieu-là n'est donc pas encore la chambre de l'Époux, puisqu'on n'y est pas entièrement en repos.

12. Il y a encore un autre lieu, d'où la vengeance très-secrète, mais très-sévère de Dieu, ce juge équitable et terrible dans la conduite qu'il tient sur les enfants des hommes, veille immuablement sur la créature raisonnable, mais réprochée. Le contemplatif y regarde avec tremblement Dieu, qui par un juste, mais secret jugement, ne détruit point le mal des réprochés, et ne reçoit point leurs bonnes actions, qui même endurent leurs cœurs, de peur qu'ils ne se repentent et ne se convertissent, et qu'il ne se trouve ensuite obligé de les guérir. Ce qui ne se fait pas sans une raison certaine et éternelle; cette conduite est d'autant plus épouvantable, qu'elle est plus fixe et éternelle. Ce que nous lisons dans un prophète sur le sujet de ces personnes est effrayant. Car nous voyons que Dieu, parlant à ses anges, dit : « Ne châtions pas l'impie (*Isa. xxvi, 10*). » Comme ils en étaient surpris et répondaient; l'impie n'apprendra donc jamais à faire le bien : Non, leur répondit-il; et la raison, c'est « qu'il a commis de méchantes actions dans la terre des saints, il ne verra point la gloire du Seigneur (*Ibid.*). » Que les ecclésiastiques, que les ministres de l'Église soient saisis de crainte quand ils commettent tant d'injustices dans les terres des saints

Sentisne in his verbis sanctam animam velle interdum molestam quodam modo declinare suavitatem, eademque rursum suavem molestiam affectare? Non enim dixisset, *Quando consurgam*, si ex toto ei quies illa suæ contemplationis placuisset : sed et si ex toto displicuisset, non denuo exspectasset horam quietis, id est *vesperam*. Non igitur locus est iste cubiculi, ubi nequaquam per omnem modum quiescitur.

12. Est item locus, de quo super rationalem reprobam quidem creaturam immobilis vigilat secretissima et severissima animadversio justis iudiciis Dei, terribilis in conciliis super filios hominum. Cernitur, inquam, a timorato contemplatore hoc loco. Deus, justo, sed occulto iudicio suo, reprobatorum nec diluens mala, nec acceptans bona; insuper et corda indurans, ne forte dolent, et respiscant, et convertantur, et sanet eos. Et hoc non absque certa et æterna ratione, quod tanto formidolosius constat esse, quanto immobilius fixum exstat in æternitate. Pavendum valde quod in Propheta de huiusmodi legitur, ubi loquens ad angelos suos Deus sic ait : *Miscreamur impio*. Quibus paventibus atque quærentibus : *Non ergo discet facere justitiam!* Non, inquit, subdente causam. *In terra*, ait, *sanctorum iniqua gessit; et non videbit gloriam Domini*. Timeant clerici, timeant

qu'ils possèdent; et lorsque, non contents de ce qui est suffisant pour leur subsistance, par une impiété et un sacrilège horrible, ils gardent pour eux le superflu dont ils devraient nourrir les pauvres, et n'appréhendent point d'employer la nourriture des malheureux à entretenir leur vanité et leurs désordres, ils se rendent coupables d'un double crime, car ils dissipent un bien qui n'est pas à eux, et ils abusent des choses sacrées pour satisfaire leur ambition et leurs débauches.

13. Qui donc, en voyant que celui dont les jugements sont des abîmes profonds, épargne ces personnes en ce monde pour ne les pas épargner dans l'éternité, pourrait chercher du repos en ce lieu? Cette contemplation est remplie de la frayeur du jugement, non de la sécurité de la chambre. Ce lieu est terrible et privé de tout calme. Je suis saisi de crainte, lorsque quelquefois, m'y trouvant porté, je repasse en moi-même avec tremblement ces paroles : « Qui sait s'il est digne d'amour ou de haine (*Eccle. ix. 91*)? » Et il ne faut pas s'étonner si moi, qui ne suis qu'une feuille et une paille sèche (*Job xiii, 25*) que le vent emporte, je chancelle en un lieu où David, ce grand contemplatif, confesse avoir quasi trébuché, et s'écrie : « J'ai envié la condition des méchants en voyant la paix dont ils jouissent (*Psal. lxxii, 3*). » Pourquoi? « Ils ne participent point, dit-il, aux maux des autres hommes, et ils ne sont point affligés avec eux. C'est pourquoi l'orgueil s'est emparé de leur cœur, » afin qu'ils ne s'humilient point pour faire pénitence, mais qu'ils soient condamnés pour leur vanité avec le diable orgueilleux et avec ses anges. Car ceux qui n'ont point de part aux maux des hommes, auront certainement part à ceux des démons, et entendront

ministri Ecclesiæ, qui in terris sanctorum quas possident, tam iniqua gerunt, ut stipendiis, quæ sufficere debeant, minime contenti, superflua quibus egeni sustentandi forent, impie sacrilegeque sibi retineant; et in usus suæ superbæ atque luxuriæ victum pauperum consumere non vereantur, duplici profecto iniquitate peccantes, quod et aliena diripiunt, et sacris in suis vanitatibus et turpitudinibus abutuntur.

13. Talibus ergo cum in præsentiarum parcere ac misereri, ne in æternum parcat, cujus iudicia abyssus multa, advertitur : quis hoc loco requiem quærat? Habet hæc visio tremorem * iudicii, non securitatem cubiculi. Terribilis est locus iste, et totius expertis illis. Tulus inhorruerit, si quando in eum raptus sum, illum apud me replicans cum tremore sententiam : *Quis scilicet, si est dignus amore, an odio?* Nec mirum si titubo ego ibi, (folium ulique quod à vento rapitur, et stipula sicca) ubi et maximus ille contemplator suos quoque fatetur pene motos fuisse pedes, pene effusos gressus; et dicebat ; *Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns*. Quare? *In labore*, inquit, *hominum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur; ideoque tenuit eos superbia*, ne humiliarentur ad pœnitentiam, sed damnentur propter superbiam cum superbo diabolo et angelis ejus.

* al. terrorem.

La réprobation se trouve dans le second.

Saint Bernard blâme les superfluités des clercs.

cette sentence terrible de la bouche de leurs juges : « Allez, maudits, dans le feu éternel qui est préparé pour le diable et pour ses anges (*Matth. xxv, 41*). » Néanmoins, ce lieu est aussi celui de Dieu, et n'est autre que la maison de Dieu et la porte du ciel. C'est là que Dieu est craint; c'est là que son nom est saint et redoutable. C'est comme l'entrée de la gloire. « Car la crainte du Seigneur est le commencement de la sagesse (*Psal. cx, 9*). »

Comment la crainte du Seigneur est le commencement de la sagesse.

14. Et ne vous étonnez pas que j'attribue à ce lieu-ci, non au premier, le commencement de la sagesse. Car, dans le premier, nous entendons la sagesse qui enseigne toutes choses, comme un maître excellent dans son auditoire; et, dans celui-ci, nous recevons en nous ces enseignements. Là nous sommes instruits, mais ici nous sommes touchés. L'instruction rend les hommes doctes, et le sentiment qu'elle produit les rend sages. Le soleil n'échauffe pas tous ceux qu'il éclaire. Ainsi, la sagesse enseigne à plusieurs ce qu'ils doivent faire, mais elle ne leur donne pas toujours l'ardeur nécessaire pour l'exécuter. Autre chose est de connaître de grandes richesses, autre chose de les posséder; or, ce n'est pas la connaissance, mais la possession qui rend l'homme riche. De même, il y a de la différence entre connaître Dieu et le craindre; ce n'est pas la connaissance qui rend sage, c'est la crainte, mais une crainte qui fait impression sur l'âme. Appelez-vous sage celui qui est enflé par sa science? Il faut être archifou pour appeler sages ceux qui, ayant connu Dieu, ne l'ont pas glorifié comme Dieu, et ne lui ont pas rendu des actions de grâces. Pour moi, je suis plutôt du sentiment de saint Paul qui dit que leur cœur était insensé

(*Rom. 1, 81*). Et c'est avec raison qu'il est écrit que la crainte du Seigneur est le commencement de la sagesse. Car Dieu commence seulement à être agréable à l'âme, lorsqu'il la frappe de crainte, non lorsqu'il lui communique la science. Si vous craignez la justice de Dieu, si vous craignez sa puissance, Dieu, en tant que juste et puissant, semble doux au goût de votre âme. Car la crainte est une espèce de faveur et d'assaisonnement. Elle rend sage, comme la science rend savant, et comme les richesses rendent riches. A quoi donc est bon le premier endroit? Il nous prépare seulement à recevoir la sagesse. C'est là que vous êtes préparé pour être initié ici. La préparation, c'est la connaissance des choses. Mais elle est aisément suivie de l'enflure de la vanité, si la crainte ne la retient? si bien qu'il est vrai de dire que le commencement de la sagesse, c'est la crainte du Seigneur, attendu que c'est la première qui s'oppose à la peste de l'âme que l'Apôtre appelle une folie. Le premier lieu donne seulement accès à la sagesse, mais celui-ci y donne entrée. Néanmoins, le contemplatif ne trouve un parfait repos dans l'un ni dans l'autre, parce que, dans le premier, Dieu paraît comme en peine, et dans celui-ci comme troublé. Ne cherchez donc point la chambre de l'Époux en des lieux, dont l'un ressemble à l'auditoire d'un maître, et l'autre, au tribunal d'un juge.

L'enflure de la vanité suit la science, si la crainte ne la réprime point.

15. Mais il y a un lieu où l'on voit Dieu vraiment en repos, et tranquille, c'est le lieu, non d'un juge ou d'un maître, mais d'un Époux. Je ne sais ce qu'il est à l'égard des autres; pour moi, ce m'est une chambre quand parfois il m'arrive d'y entrer; mais, hélas, que cela m'arrive rarement, et que j'y

Dans le troisième état c'est la miséricorde de Dieu qui est considérée.

Nam qui in labore hominum non sunt, in labore dæmonum profecto erunt dicente Judice : *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus.* Est tamen Dei locus et iste, plane non aliud quam domus Dei, et porta cæli. Hic nempe timeri dicitur Deus; hic sanctum et terribile nomen ejus, et tanquam ingressus gloriæ : *Initium plane sapientiæ timor Domini.*

14. Nec te moveat, quod initium sapientiæ huic demum loco dederim, et non priori. Ibi quippe in quodam quasi auditorio suo docentem de omnibus magistram audimus Sapientiam, hic et suscipimus; ibi instrui mur quidem, sed hic afflicimur. Instructio doctos reddit, affectio sapientes. Sol non omnes, quibus lucet, etiam calefacit : sic Sapientia multos, quos docet quid sit faciendum, non continuo etiam accendit ad faciendum. Aliud est multas divitias scire, aliud et possidere : nec notitia divitem facit, sed possessio. Sic prorsus, sic aliud est nosse Deum, et aliud timere : nec cognitio sapientem, sed timor facit, qui et afficit. Tunc sapientem dixeris, quem sua scientia inflat? Quis illos sapientes nisi insipientissimus dicat, qui cum cognovissent Deum, non tanquam Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt? Ego magis cum Apostolo sentio, qui *insipiens cor meum* manifeste pronuntiat. Et bene *initium sapientiæ timor*

Domini : quia tunc primum Deus animæ sapit, cum eam afficit ad timendum, non cum instruit ad sciendum. Times Dei justitiam, times potentiam : et sapit tibi justus et potens Deus, quia timor sapor est. Porro sapor sapientem facit, sicut scientia scientem, sicut divitiæ divitem. Quid ergo prior locus? Tantum præparat ad sapientiam. Illic præparavis, ut hic initiaris. Præparatio, rerum cognitio est. Verum hanc facillime sequitur elationis tumor, si non reprimat timor, ut merito dicatur *initium sapientiæ timor Domini*, qui se pesti insipientiæ primus opponit. Ibi itaque quidam accessus est ad sapientiam, hic et ingressus. Porro nec hic, nec ibi speculanti perfecta est quies : quia illic Deus apparet tanquam sollicitus, hic tanquam turbatus. Non ergo cubiculum quæsieris in his locis, quorum alter auditorium quasi docentis, alter prætorium judicis magis apparet.

15. Sed est locus, ubi vere quiescens et quietus cernitur Deus; locus omnino, non judicis, non magistri, sed Sponsi : et qui mihi quidem (nam de aliis nescio) plane cubiculum sit, si quando in illum contigerit introduci. Sed, heu ! rara hora, et parva mora ! Clare ibi agnoscitur misericordia Domini ab æterno, et usque in æternum super timentes eum. Et felix qui dicere potest *Particeps ego sum omnium timentium te, et custodien-*

demeure peu de temps ! C'est là qu'on reconnaît clairement la miséricorde que le Seigneur a exercée et exercera éternellement envers ceux qui le craignent. Aussi, heureux celui qui peut dire : « Je suis lié d'affection et de société avec tous ceux qui vous craignent et qui gardent vos commandements (*Psal.* cxviii, 63). » Le décret de Dieu est immuable ; il a prononcé un jugement de paix qu'il ne révoquera point, sur ceux qui le craignent, il dissimule le mal qu'ils font, et récompense leurs actions vertueuses, et, par un effet merveilleux de sa miséricorde, non-seulement le bien, mais le mal tourne et conspire à leur bien (*Psal.* xxxi, 2). O vraiment heureux, celui à qui le Seigneur n'impute point ses péchés (*Rom.* iii, 23) ! car, pour ce qui est d'être exempt de péché, nul ne saurait le prétendre. Tous ont péché, et tous ont besoin de la grâce de Dieu (*Rom.* viii, 33). Et qui accusera ses élus ? Il me suffit, pour être juste, d'avoir pour favorable celui seul que j'ai offensé. Tout ce qu'il a résolu de ne me point imputer, c'est comme si je ne l'avais jamais commis. Ne point pécher, cela n'appartient qu'à la justice de Dieu ; mais la justice de l'homme, c'est l'indulgence de Dieu. J'ai vu ces choses, et j'ai compris la vérité de cette parole : « Quiconque est né de Dieu ne pèche point ; parce que la génération céleste le conserve pur (*I Joan.* iii, 9). » La génération céleste, c'est la prédestination éternelle, par laquelle Dieu a gratifié de ses grâces ses élus en son Fils bien-aimé avant la création du monde, les regardant en lui d'un œil favorable, pour les rendre dignes de voir l'éclat de sa gloire et de sa puissance, et les faire participants de l'héritage de celui à l'image duquel il devait les rendre conformes. Je les regarde donc comme n'ayant jamais péché. Car, bien qu'ils aient effectivement péché dans le temps, il n'y paraît point dans l'éternité, parce que la

tium mandata tua. Stat propositum Dei, stat sententia pacis super timentes eum, ipsorum et dissimulans mala, et remunerans bona : ut miro modo eis non modo bona, sed et mala cooperetur in bonum. O solus vere beatus, cui non imputabit Dominus peccatum ! Nam qui non habuerit peccatum, nemo. Omnes enim peccaverunt, et omnes egent gloria Dei. Quis accusabit tamen adversus electos Dei ? Sufficit mihi ad omnem justitiam solum habere propitium, cui soli peccavi. Omne quod mihi ipse non imputare decreverit, sic est quasi non fuerit. Non peccare, Dei justitia est : hominis justitia, indulgentia Dei. Vidi hæc, et intellexi illius sententiæ veritatem : Omnis qui natus est ex Deo, non peccat : quia generatio cœlestis servat eam. Generatio cœlestis, æterna prædestinatio est, qua electos suos Deus dilexit et gratificavit in dilecto Filio suo ante mundi constitutionem, sic in sancto apparentes sibi, ut viderent virtutem suam, et gloriam suam, quo ejus forent consortes hæreditatis, cujus et apparent conformes imaginis. Illos ergo adverti quasi nunquam peccasse : quoniam etsi qua deliquisse videntur in tempore, non apparent in æternitate :

charité * infinie de leur père couvre la multitude de leurs péchés ; j'appelle donc heureux ceux dont les péchés ont été pardonnés et couverts (*Psal.* xxxi, 4). Alors j'ai ressenti tout d'un coup en moi une si grande confiance, et me suis trouvé rempli d'une telle joie, qu'elle surpassait certainement la crainte dont j'avais été saisi dans le lieu d'horreur, c'est-à-dire dans le lieu de la seconde vision, en sorte qu'il me semblait que j'étais du nombre de ces bienheureux. O si cela avait duré un peu plus longtemps ! « Seigneur, visitez-moi encore, je vous en conjure, je vous en conjure, visitez-moi encore par votre grâce salutaire, afin que je possède la gloire de vos élus, et que je prenne part à la joie de cette troupe bienheureuse (*Psal.* cv, 4). »

16. O lieu d'un repos véritable, et que je puis avec raison appeler du nom de chambre, lieu où on ne voit pas Dieu comme ému de colère, ou occupé de soins, mais où on éprouve les effets de sa bonté et de sa bienveillance parfaites ! Cette contemplation, loin d'exciter l'effroi, est pleine de charmes. Elle n'allume pas une curiosité inquiète, elle l'apaise ; elle ne fatigue pas l'esprit, elle le rend calme et tranquille. C'est là qu'on se repose véritablement. Dieu y est dans une paix qu'il communique à toutes choses, l'âme se repose en la voyant jouir d'une quiétude ineffable. On y voit ce grand roi semblable à un juge qui, après avoir terminé de longs procès, congédie la foule qui l'assiège, prend quelque relâche d'un travail si pénible, retourne la nuit à son palais, entre dans sa chambre avec un petit nombre de personnes qu'il daigne honorer de son intérieur et de sa familiarité, se re-

* C'est dans le même sens que dans son traité de la grâce et du libre arbitre, n. 29, saint Bernard dit que « les péchés des justes sont cachés dans la charité » de Dieu. On peut se reporter au quatrième des sermons divers, n. 5, et au premier sermon pour le jour de la Septuagésime, avec ses notes.

quia charitas Patris ipsorum cooperit multitudinem peccatorum. Et dixit beatus, *quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* ; cum subito tanta mihi quoque de me suborta fiducia et infusa lætitia est, quantus certe in loco horroris, id est in loco secundæ visionis, non præcesserat timor, ita ut mihi visus sim tanquam unus ex illis beatis esse. O si durasset ! Iterum, iterumque visita me Domine in salutari tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ.

16. O veræ quietis locus, et quem non immerito cubiculi appellatione censuerim ! in quo Deus, non quasi turbatus ira, nec velut distentus cura prospicitur ; sed probatur voluntas ejus in eo bona, et beneplacens, et perfecta. Visio ista non ferret, sed mulcet ; inquietam curiositatem non excitat, sed sedat ; nec fatigat sensus, sed tranquillat. Hic vere quiescitur. Tranquillus Deus tranquillat omnia ; et quietum aspicere, quiescere est. Cernere est Regem post diurnas forensium quasi lites causarum, dimissis a se turbis, curarum molestias declinantem, petentem de nocte diversorium, cubiculum

Calme de cette contemplation.

Heureux état des prédestinés.

Comment il est dit qu'ils ne pèchent point.

pose avec d'autant plus de confiance, que le lieu de son repos est plus retiré, et fait paraître un visage d'autant plus gai et plus serein, qu'il n'a sous les yeux que des personnes qu'il aime. S'il arrive parfois à quelqu'un de vous d'être ravi et caché pour quelques heures dans ce sanctuaire secret et mystérieux de Dieu, et s'il n'en est rappelé ni par les besoins du corps, ni par aucun souci, ni par les remords d'aucun péché, ni par les fantômes des images corporelles, qui fondent dans l'âme, et qu'il est plus difficile de repousser, il pourra se glorifier et dire à son tour parmi nous : « Le roi m'a fait entrer dans sa chambre. » Et néanmoins je ne voudrais pas assurer que ce soit celle où l'Épouse se glorifie d'avoir été conduite. Toutefois, c'est une chambre, et la chambre du roi; parce que des trois lieux que nous avons assignés à la triple contemplation, il n'y a que celui-là de paisible et de tranquille. Car, comme nous l'avons montré clairement dans le premier, on ne jouit que d'un repos fort léger, et dans le second, il n'y en a point du tout; parce que, dans l'un Dieu paraissant admirable, excite la curiosité à le rechercher avec ardeur; et, dans l'autre, se montrant terrible, il ébranle notre faiblesse. Mais, dans ce troisième lieu, il n'est point terrible, et il daigne paraître moins admirable qu'aimable, serein, paisible, doux, favorable et plein de miséricorde à tous ceux qui le regardent.

17. Mais afin de vous remettre en abrégé ce que nous avons dit du cellier, du jardin et de la chambre de l'Époux, souvenez-vous de trois temps, de trois mérites, et de trois récompenses. Dans le

jardin, considérez les temps; les mérites, dans le cellier; et les récompenses, dans cette triple contemplation de l'âme qui cherche la chambre. Quant au cellier, nous en avons parlé suffisamment. Pour ce qui est du jardin et de la chambre, s'il se présente encore quelque chose à dire, nous le ferons dans l'occasion. Sinon contentez-vous de ce que nous en avons dit, et ne le répétons plus, de peur, ce qu'à Dieu ne plaise, que vous ne vous fatigiez de choses qui sont dites à la louange et à la gloire de l'Époux de l'Église, notre Seigneur Jésus-Christ, qui étant Dieu, est élevé au dessus de tout et béni dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

SERMON XXIV.

Contre le vice détestable de la distraction; en quoi consiste sur tout la rectitude de l'homme.

1. Enfin, mes frères, c'est pour la troisième fois que l'œil de la Providence regarde favorablement du haut du ciel mon retour avec vous, et me regarde d'un visage riant et serein. La rage du lion s'est apaisée; la malice du Pécheur a pris fin; l'Église a recouvré la paix. Le méchant qu'il l'avait troublée durant près de huit ans par un schisme terrible, a été anéanti en sa présence. Mais sera-ce en vain que je vous aurai été rendu après tant de périls? Puisque j'ai été accordé à vos vœux et à vos désirs, il faut que ce soit pour votre avancement. La vie que j'ai reçue par vos mérites, je veux l'employer toute entière à votre utilité et à votre salut. Et puisque vous souhaitez que je con-

En 1138.
Saint Bernard
l'a prononcé
à son retour
d'Italie,
après avoir
mis fin
au schisme
qui déchirait
l'Église.

introeuntem cum paucis, quos hoc secreto et hac familiaritate dignatur, eo certe securius, quo secretius quiescentem; eo serenius se habentem, quo placidius solos intuentem quos diligit. In hoc arcanum et in hoc sanctuarium Dei si quem forte vestrum aliqua hora sic rapi et sic abscondi contigerit, ut minime avocet aut perturbet vel sensus egens, vel cura pungens, vel culpa mordens vel ea certe, quæ difficilium amovetur, irruentia imaginum corporearum phantasmata; poterit quidem hic, cum ad nos redierit, gloriari et dicere: *Introduxit me Rex in cubiculum suum.* Quod tamen an ipsum sit de quo exultat Sponsa, non temere affirmaverim. Est tamen cubiculum, et cubiculum Regis: quia nimirum de tribus, quos triplici assignavimus visioni, solus factus est in pace locus iste. Ut enim aperte monstratum est, et in priori exigua, et in secundo nulla percipitur quies: cum et illic apparens admirabilis, ad indagandi studium exerceat curiositatem; et hic innotescens terribilis, infirmitatem concutiat. At vero tertio isto in loco, non plane terribilis, nec tam admirabilis quam amabilis apparere dignatur, serenus et placidus, suavis et mitis, et multæ misericordiæ omnibus intuentibus * se.

17. Jam ut horum quæ de cellario, horto, cubiculo, longiori sunt disputata sermone, memoria vestra compendium teneat; mementote trium temporum, trium

meritorum, trium quasi præmiorum. In horto advertite tempora, merita in cellario, præmia in triplici illa contemplatione cubiculum inquirentis. Et de cellario quidem ista sufficient. Porro de horto vel cubiculo si qua addenda, aut alia forte quam dicta sunt, modo advertenda occurrerint, loco suo non prætereamus. Sin autem, sufficienti quæ dicta sunt, et minime iterantur, ne unquam in fastidium (quod absit) veniant ea, quæ proferuntur ad laudem et gloriam Sponsi Ecclesiæ Domini nostri Jesu-Christi, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO XXIV.

Agit præcipue contra detestabile vitium detractionis: et qua in re rectitudo hominis potissimum consistat.

1. Hoc demum tertio, fratres, reditum ab urbe nostrum clementior oculus e cælo respexit, et vultus tandem serenior desuper arrisit nobis. Quievit Leonina rabies, finem accepit malitia, Ecclesia pacem recepit. Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus, qui eam hoc ferme octennium diro schismate conturbat. Num vero ego gratis de tantis periculis ero redditus vobis? Vestris desideriis donatus sum, vestris me profectibus paro: quorum vivo meritum, volo vivere studiis

Qui sont
ceux qui sont
introduits
dans la
chambre de
l'Époux.

Il n'y a de
repos que
dans ce troi-
sième
endroit.

* al. invocan-
tibus.

tinue ce que j'ai commencé il y a longtemps sur le Cantique des cantiques, je le ferai volontiers. Je pense d'ailleurs qu'il est préférable que je reprenne la suite de mon discours, que de commencer quelque chose de nouveau. Cependant j'appréhende qu'ayant presque perdu l'habitude de ce saint exercice, par un si long espace de temps, où mon esprit, indigne même d'une occupation si noble, a été distrait par des choses bien différentes, mes pensées ne soient trop faibles et trop basses, pour un sujet si sublime. Quoi qu'il en soit, je vous donne ce que j'ai. Peut-être Dieu ayant égard à l'ardeur de mon zèle, me fera la grâce de vous donner même ce que je n'ai pas. S'il n'en est pas ainsi ne vous en prenez qu'à mon peu de génie plutôt qu'à ma volonté.

2. Or, je crois qu'il faut commencer ce discours par ces mots du Cantique : « Ceux qui sont droits vous aiment (Cant. 1, 3). » Mais avant d'expliquer comment cela s'entend, voyons qui est celui qui dit ces paroles. Car nous devons suppléer à ce que l'auteur ne dit pas. Peut-être peut-on les attribuer aux jeunes filles ce qu'elles ont dit auparavant de ces mots : « Ceux qui sont droits vous aiment ». Car, après lui avoir dit : « Nous nous réjouissons et tressaillerons d'allégresse à votre sujet, au souvenir de vos mamelles, dont le

lait est plus excellent que le vin ; elles ajoutent tout de suite : « Ceux qui sont droits vous aiment ; » or il est clair qu'elles s'adressent à leur mère. Je crois qu'elles ajoutent cela, à cause de quelques-unes d'elles, qui n'étant pas dans les mêmes sentiments, bien qu'elles paraissent courir de même, et cherchant leurs propres avantages, bien loin de marcher avec simplicité et sincérité, portent envie à la gloire de leur Mère, tâchent de trouver occasion de murmurer contre elle, de ce qu'elle est entrée toute seule dans les Celliers de l'Époux. En quoi elles justifient ce que dit l'Apôtre : « Que les faux frères sont fort dangereux (II. Cor. XI, 26). » Enfin c'est à leurs reproches que l'Épouse est obligée de répondre dans la suite, lorsqu'elle leur dit : « Filles de Jérusalem, je suis noire, mais je suis belle (Cant. 1, 4). » C'est donc pour la consoler de celles qui murmurent et qui profèrent des blasphèmes, que les autres, qui sont bonnes, simples, humbles et douces, disent à l'Épouse : « Ceux qui sont droits vous aiment. » Ne vous mettez point en peine, lui disent-elles, des reproches injustes de ces filles impies, puisque vous êtes assurée que celles qui ont le cœur droit vous aiment. C'est, en effet, une consolation pour nous, quand nous faisons bien, que les bons nous aiment, si les méchants nous chargent d'imprécations. L'estime des gens

La louange
des âmes
bonnes et
droites doit
nous suffire.

a Depuis le commencement de ce sermon jusqu'à cet endroit, il y a une grande diversité de leçons dans les manuscrits. Plusieurs omettent l'exorde et commencent par ces mots : « Ceux qui sont droits vous aiment. » Or à qui croyons-nous que s'adressent ces paroles ? Si nous les attribuons aux jeunes filles, il devient évident qu'elles les adressent à leur mère, car après lui avoir dit, nous nous réjouissons et tressaillerons d'allégresse à votre sujet, au souvenir de vos mamelles dont le lait est plus excellent que le vin, elles ajoutent tout de suite. « Ceux qui sont droits vous aiment. » D'autres manuscrits ont notre version. Cette variété a été cause d'une grande confusion dans la plupart des éditions qui

reproduisent les deux exordes, mais à tort. Cette variété vient de ce que saint Bernard a prêché deux fois ce sermon ; une première fois, avec un exorde court, en 1137, avant son troisième voyage à Rome, et une seconde fois, à son retour, de ce voyage, en 1138. Il y mit alors un autre exorde pour rattacher ce sermon aux précédents. Un manuscrit de la bibliothèque royale portant le n. 4511 reproduit ce sermon avec ses deux exordes : une autre édition de la Colbertine le donne en cet endroit avec un exorde, et plus loin au soixantième sermon, avec un autre exorde.

et salut. Quodque dudum cœpta in Canticis me exsequi vultis, libenter quidem accipio, et dignum arbitror interruptum potius resarcire sermonem, quam novi ordiri quippiam. Vereor autem ne dissuetum per id temporis animum et distentum diu habitum, non solum ad tam diversa, sed etiam ad tam indigna, dignitas materiæ, prout oportet, non admittat. Sed si quod habeo, hoc vobis do : poterit et fideli obsequio meo Deus, etiam quod non habeo, dare ut dem. Si non ; culpetur sane ingenium, non voluntas.

2. Locus autem unde incipere debemus (ni fallor) iste est : *Recti diligunt te*. Quod antequam explanare incipiamus, quid sit videamus, cujus sit, quisnam hoc videlicet dicat. A nobis namque exigitur quod auctor non loquitur. Et fortasse melius adolescentulis id damus ; ut suis verbis et hoc addant. Siquidem cum dixissent : *Exsultabimus et lætabimur in te, memores uberum tuorum super vinum*, (nec dubium quin matri loquerentur) continuato sermone hoc quoque inferunt : *Recti diligunt te*. Puto propter aliquas de numero ipsarum, quæ non idem saperent, licet pariter currere viderentur ;

quæ sua sunt quærentes, et non ambulantes simpliciter neque sincere, sed speciali gloriæ matris invidentes, et captantes occasionem murmurandi adversus eam, ex eo nimirum quod sola in cellaria introisset. Quod non est aliud nisi quod Apostolus ait, *Periculum in falsis fratribus*. Ipsæ sunt, denique quibus exprobrantibus subinde pro se satisfacere cogitur, ubi eis ita respondet *Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerasalem*. Itaque propter murmurantes et blasphemantes dicitur ab his quæ bonæ, quæ simplices, quæ humiles et mansuetæ sunt ; ab his, inquam, dicitur Sponsæ consolandi gratia : *Recti diligunt te*. Non sit tibi, inquit, cura de iniqua reprehensione blasphemarum harum, cum constet, quia *Recti diligunt te*. Bona profecto consolatio, cum blasphemamur a malis bene facientes, si recti diligant nos. Omnino sufficit adversus os loquentium iniqua, opinio honorum cum testimonio conscientiæ. *In Domino laudabitur anima mea : audiant mansueti, et lætentur*. *Mansueti*, inquit, *lætentur*. Mansuetis placeam, et æquanimitèr audio quidquid in me jactare voluerit livor perditarum.

de bien, avec le témoignage de notre conscience, nous suffit contre ces langues malignes et médiantes. « Mon âme recevra des louanges dans le Seigneur, que les hommes doux écoutent et soient remplis de joie (*Psal. xxxiii, 2*). » Que les hommes doux, dit-il, se réjouissent, que je leur plaise, et j'écouterai sans m'émouvoir tout ce que la jalousie des méchants vomira contre moi.

3. C'est donc en ce sens que je crois qu'il est dit : « Ceux qui sont droits vous aiment. » Et j'estime que c'est avec beaucoup de raison. Car presque partout chez les jeunes filles, il s'en trouve comme cela qui observent de près toutes les actions de l'Épouse, non pour les imiter, mais pour y trouver à redire. Elles sont tourmentées de ce qu'il y a de bon dans leurs aînées, et se repaissent de leurs imperfections. On les voit marcher à part, s'attrouper et faire de petits conciliabules, où elles se laissent aller à des paroles insolentes et à des murmures détestables. Elles s'associent pour parler mal de leur prochain, et s'unissent pour causer la désunion. Elles contractent ensemble des amitiés pleines d'inimitiés, conspirent toutes dans les sentiments d'une même malignité, et font des cabales odieuses. C'est ainsi qu'agirent autrefois Hérode et Pilate, dont l'Évangile dit : « Qu'en ce jour-là, c'est-à-dire au jour de la Passion, ils devinrent amis (*Luc. xxiii, 12*). » S'assembler ainsi, ce n'est pas faire la Cène du Seigneur, mais plutôt donner à boire et boire soi-même le calice des démons, tandis que les uns portent sur leurs langues le poison qui tue les autres, et que les autres reçoivent avec joie la mort qui entre dans leur cœur par leurs oreilles. Voilà comment selon le Prophète (*Jerem. ix, 21*), la mort entre par nos fenêtres, lorsque nous nous présentons les uns aux autres le breuvage mortel de la médiance, en médiant ou

en écoutant ceux qui médisent. A Dieu ne plaise que je me trouve jamais dans l'assemblée de ces personnes : car Dieu les hait, suivant cette parole de l'Apôtre : « Les médissants sont en abomination au Seigneur (*Rom. i, 30*). » Ce que Dieu même par le Psalmiste confirme en ces termes : « Je poursuivais celui qui médiait en secret de son prochain. »

4. Et il ne faut pas s'en étonner puisque l'on sait que ce vice combat et poursuit plus vivement que les autres, la charité qui est Dieu, ainsi que vous-mêmes pouvez le remarquer. Quiconque médit fait voir premièrement qu'il n'a point de charité. En second lieu, quel autre dessein a-t-il, sinon de faire que les autres haïssent ou méprisent celui dont il médit. Ainsi donc, une langue médiane blesse la charité en tous ceux qui l'écoutent, et autant qu'il est en elle, elle l'éteint et la détruit entièrement. Et non-seulement en ceux qui l'écoutent, mais encore en ceux qui sont absents, à qui peut-être ceux qui l'ont entendue rapportent ce qu'elle a dit. Voyez-vous comment un discours de cette sorte qui passe de bouche en bouche peut aisément et en fort peu de temps corrompre de son venin une infinité d'âmes. Voilà pourquoi l'esprit prophétique dit de ces personnes : « Que leur bouche est remplie du fiel de la médiance, et elles sont promptes à verser le sang (*Psal. xlii, 3*). » Elles sont aussi promptes à le verser que leur discours est prompt à le répandre. Il n'y en a qu'un qui parle, et il ne dit qu'une seule parole, et cependant cette parole en un moment tue les âmes de tous ceux qui l'écoutent dès l'instant qu'elle infecte leurs oreilles. Car un cœur plein du fiel de l'envie ne peut répandre que de l'amertume dans ses discours, selon ce mot de Jésus-Christ : « La bouche parle de l'abondance du cœur (*Luc. vi, 45*). » Or, cette peste se produit

Les détracteurs sont odieux au Seigneur.

La détraction attaque et tue la charité.

Grandeur du mal causé par une langue médiane.

Saint Bernard signale les habitudes et blâme le genre d'esprit des détracteurs.

3. Ergo in hoc sensu puto appositum, *Recti diligunt te*. Nec absurde, ut æstimo : cum ubique pene in choro adolescentularum tales inveniantur, quæ acta Sponsæ curiose observant, derogandi, non imitandi causa. Torquentur in bonis seniorum suorum, malis pascuntur. Videas ambulare seorsum, convenire sibi et sedere pariter, moxque laxare procaces linguas in detestandum susurrium. Una uni conjungitur, nec spiraculum incedit in eis ; tanta est libido detrahendi, audiendive detrahentem. Ineunt familiaritatem ad maledicendum, concordæ ad discordiam. Conciliant inter se inimicissimas amicitias, et pari consentaneæ malignitatis affectu celebratur odiosa collatio. Haud secus egere quondam Herodes et Pilatus, de quibus narrat Evangelium, quia *facti sunt amici in illa die*, hoc est in die dominicæ passionis. Convenientibus sic in unum, non est dominicam cœnam manducare, sed magis propinare et bibere calicem dæmoniorum ; dum importantibus linguis aliorum perditionis virus, aliorum aures intrantem mortem libenter excipiunt. Sic quippe juxta Prophetam *intra mors per fenestras nostras cum prurientes auribus et*

oribus, lethale poculum detractionis invicem nobis ministrare contendimus. Non veniat anima mea in concilio detrahentium, quoniam Deus odit eos, dicente Apostolo : *Detractores Deo odibiles*. Quam sententiam Deus ipse loquens in psalmo, audi quomodo confirmat : *Detrahentem, inquit, proximo suo, hunc persequer*.

4. Nec mirum, cum id præcipue vitium charitatem, quæ Deus est, et quidem cæteris acrius, impugnare et persequi cognoscatur, quemadmodum vos quoque potestis advertere. Omnis qui detrahit, primum quidem seipsum prodit vacuum charitate. Deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi ut is, cui detrahit, veniat in odium vel contemptum ipsis, apud quos detrahit ? Ferit ergo e charitatem in omnibus qui se audiunt lingua maledica, et quantum in se est, necat funditus et exstinguit : non solum autem, sed et in absentibus universis, ad quos volans verbum forte per eos, qui præsentés sunt, pervenire contigerit. Vides quam facile et in brevi ingentem multitudinem animarum velociter currens sermo tabe malitiæ hujus inficere possit. Propterea dicit de talibus propheticus spiritus : *Quorum os maledic-*

Différentes
espèces de
détractions.

de différentes manières; les uns vomissent le poison de la médisance sans aucune circonspection, et selon qu'il leur vient à la bouche. Les autres, au contraire, tâchent de couvrir du voile d'une feinte retenue, la malice qu'ils ont conçue dans leur cœur, et qu'ils ne peuvent retenir. Avant de médire, vous les voyez pousser de profonds soupirs, prendre une mine grave, ne parler qu'avec peine, faire paraître une fausse tristesse sur leur visage, baisser les yeux, et d'une voix plaintive proférer des médisances, qui font d'autant plus d'effet, que ceux qui les écoutent croient qu'ils ne les disent qu'à regret, et plutôt à contre cœur qu'avec malice. J'en suis bien fâché, dit l'un, car je l'aime assez, mais jamais je ne l'ai pu corriger de ce défaut. Je savais bien, dit un autre, qu'il était sujet à ce vice, et je ne l'aurais jamais découvert, mais puisqu'un autre l'a publié, je ne puis pas nier la vérité. Je le dis avec douleur, mais cela est vrai pourtant. Et il ajoute : C'est grand dommage; car d'ailleurs il a de fort bonnes qualités, mais sur ce point, il faut avouer qu'il est inexcusable.

En quoi
consiste la
rectitude de
l'homme.

5. Cela dit d'un vice si malin, revenons à notre explication et faisons voir qui sont ceux qui sont ici appelés « droits. » Je ne crois pas qu'il y ait aucune personne intelligente qui s'imagine que c'est selon le corps qu'on appelle « droits » ceux qui aiment l'Épouse. C'est pourquoi il faut que nous l'expliquions d'une rectitude spirituelle, c'est-à-dire de l'esprit ou du cœur. C'est l'esprit qui parle

et qui communique les choses spirituelles à ceux qui sont spirituels. C'est donc selon l'esprit, non selon cette matière de terre et de boue, que Dieu a fait l'homme droit. Car il l'a créé à son image et à sa ressemblance (*Gen. 1, 27*). Or, comme vous le chantez vous-mêmes, « Le Seigneur notre Dieu est droit, et il n'y a point d'iniquité en lui (*Psal. xcxi, 16*). » Dieu donc qui est droit, a fait l'homme droit et semblable à lui, c'est-à-dire sans iniquité, de même qu'il n'y a point d'iniquité en lui. Or, l'iniquité est un vice du cœur, non de la chair, ce qui vous fait connaître que la ressemblance que vous avez avec Dieu doit être conservée ou réparée dans la partie spirituelle de vous-même, non dans votre substance grossière et terrestre. Car Dieu est esprit, et il faut que ceux qui veulent lui devenir semblables, ou conserver la ressemblance qu'ils ont avec lui, rentrent en eux-mêmes, et le fassent souvent en esprit, afin que, contemplant la gloire de Dieu à face découverte, ils soient transformés dans une même image avec lui, et que l'esprit du Seigneur les fasse passer de clarté en clarté.

6. Peut-être peut-on dire encore que Dieu a donné à l'homme une stature de corps droite; afin que cette rectitude corporelle de l'homme extérieur, qui a été créé d'une matière si vile, avertît cet homme intérieur, qui a été formé à l'image de Dieu, de conserver sa rectitude spirituelle; et que la beauté de la boue, condamnât la difformité de l'esprit. Car qu'y a-t-il qui sié moins qu'un esprit

Pourquoi
Dieu a fait
l'homme
droit.

tionem et amaritudinem plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Utiq; tam veloces, quam velociter currit sermo. Unus est qui loquitur, et unum tantum verbum profert: et tamne illud unum verbum, uno in momento, multitudinis audientium, dum aures inficit, animas interficit. Cor siquidem felle livoris amarum per linguæ instrumentum spagere nisi amara non potest, dicente Domino: Ex abundantia cordis os loquitur. Et sunt species pestis hujus, dum alii quidem nude atque irreverenter, uti in buccam venerit, virus evomant detractionis: alii autem quodam simulatæ verecundiæ fuce conceptam malitiam, quam retinere non possunt, adumbrare conentur. Videas alta præmitti suspiria, sicque quadam cum gravitate et tarditate, vultu mæsto, dimissis superciliis, et voce plangenti egredi maledictionem, et quidem tanto persuasibiliorem, quanto creditur ab his qui audiunt, corde invito, et magis condolentis affectu, quam malitiose proferri. Doleo, inquit, vehementer, pro eo quod diligo eum satis, et nunquam potui de hac re corrigere eum. Et alius: Mihi quidem, ait bene compertum fuerat de illo istud: sed per me nunquam innotuisset. At quoniam per alterum patefacta est res, veritatem negare non possum: dolens dico, revera ita est. Et addit: Grande damnum; nam alias quidem in pluribus valet, cæterum in hac parte (ut verum fateamur) excusari minime potest.

5. His paucis adversus malignissimum vitium commemoratis, revertamur ad explanandi ordinem, demonstramus, qui sint hoc loco intelligendi *Recti*. Non enim

arbitror sentire quempiam recta intelligentiæ, secundum corpus rectos dici eos, qui Sponsam diligunt, Propterea demonstranda nobis est spiritualis. id est animi cordisve, rectitudo. Spiritus est qui loquitur, spiritualibus spiritualia comparans. Ergo secundum animum, non secundum terrenam et fæculentam materiam, Deus hominem rectum fecit, *Ad imaginem quippe et similitudinem suam creavit illum*. Ipse vero, quemadmodum psallis, *Rectus Dominus Deus noster, et non est iniquitas in eo*. Rectus itaque Deus rectum fecit hominem similem sibi; id est sine iniquitate, sicut non est iniquitas in eo. Porro iniquitas, cordis est, non carnis vitium: ut per hoc noveris in spiritali portione tui, et non in crassa luteaque substantia Dei similitudinem conservandam fore, sive reparandam. Spiritus enim est Deus, et eos qui volunt similes ei vel perseverare, vel fieri, oportet intrare ad cor, atque in spiritu id negotii actitare: ubi revelata facie speculantes gloriam Dei in eadem imaginem transformetur de claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu.

6. Quanquam et corporis staturam dedit homini Deus rectam: forsitan ut ista corporea exterioris villiorisque rectitudo signum hominem interiorem illum, qui ad imaginem Dei factus est, spiritualis suæ servandæ rectitudinis admoneret, et decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius, quam curvum recto corpore gerere animum? Perversa res est et fæda, luteum vas, quod est corpus de terra, oculos habere sursum, cælos libere suspicere, cælorumque luminaribus

courbé dans un corps droit? N'est-ce pas un désordre et une honte, qu'un vase de boue, qui est le corps tiré de la terre, les yeux levés en haut, regarde librement le ciel, et prenne plaisir à contempler les grands flambeaux qui l'ornent et qui l'éclairent; et qu'une créature spirituelle et céleste, ait toujours ses yeux, c'est-à-dire ses sens intérieurs et ses affections attachés et baissés à terre, et que celle qui devrait être élevée dans l'or et dans la soie, se vautre dans la fange et se roule dans l'ordure, comme une bête immonde. Rougissez de honte, ô mon âme, d'avoir changé la ressemblance divine en la ressemblance d'un animal immonde. Rougissez, vous qui tirant votre origine du ciel, vous roulez dans la fange. Rougissez, ô mon âme, dit le corps, en vous comparant à moi. Créée droite et semblable à votre créateur, vous m'avez reçu comme un aide qui vous fût semblable, au moins selon les traits de la rectitude corporelle. De quel côté que vous vous tourniez, en haut vers Dieu, ou en bas vers moi, car personne n'a jamais haï sa propre chair, partout se présentent à vous des images de votre beauté, partout la sagesse, comme un maître charitable, vous donne des avertissements salutaires pour conserver la noblesse et la dignité de votre état. Comment donc n'êtes-vous point remplie de confusion, de perdre votre prérogative si glorieuse quand je retiens et conserve la mienne, quoique je ne l'aie reçue qu'en votre considération? Comment pouvez-vous souffrir que le créateur voie sa ressemblance effacée en vous, quand il vous con-

a Cet endroit, pour les mêmes raisons que nous avons données plus haut, diffère dans les anciennes éditions de la version qu'en donnent les manuscrits. En effet, là où le long préambule que nous avons conservé manque, on lit : « Pour que cette rectitude soit parfaite en toutes choses, il faut qu'elle ait de bons sentiments et qu'elle les suive, car j'appelle droit de cœur celui qui a des sentiments droits sur toutes choses et ne s'en écarte jamais dans la pratique. C'est de ces personnes qu'il est dit à

serve la vôtre en moi, et vous la représente sans cesse? Toute l'assistance que vous deviez tirer de moi, vous vous en faites un sujet de honte et de confusion. Vous abusez de mes services, et, étant devenue un esprit de brute, vous êtes indigne de demeurer dans un corps aussi noble qu'est celui de l'homme.

tis schema apparere existimo his, qui accedentes ^a ad cor altum, de majori spiritus libertate et puritate conscientiarum magnanimoeres facti, consueverunt audere majora, inquieti prorsus et curiosi secretiora penetrare, et apprehendere sublimiora, et tentare perfectiora, non modo sensuum, sed et virtutum. Hi enim pro fidei magnitudine digni inveniuntur qui inducantur in omnem plenitudinem; nec est omnino in omnibus apothecis sapientiæ, a quo Deus scientiarum Dominus arcendos censeat cupidus veritatis, vanitatis non conscios. Talis erat Moyses, qui audebat dicere Deo: *Si inveni gratiam in oculis tuis, ostende mihi teipsum.* Talis Philippos, qui sibi et suis condiscipulis Patrem flagitabat ostendi: talis et Thomas, qui nisi sua manu tangeret vulnus et fossam latus, credere recusabat. Pusilla fides, sed de magnitudine animi miro modo descendens. Talis quoque David, qui et ipse dicebat Deo: *Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea; faciem tuam Domine requiram.* Tales itaque magna audent, quoniam magni sunt: et quæ audent, obtinent juxta verbum promissio-

^a al. ascendentes.

quileur en a été faite en ces termes : « Tous les lieux que vous foulerez de vos pieds seront à vous (Deut. 1, 36). » Car une grande foi mérite de grandes récompenses, et on possède les biens du Seigneur à proportion qu'on les couvre du pied de l'espérance.

9. Ainsi Dieu parle à Moïse bouche à bouche, et celui-ci mérite de voir le Seigneur clairement, non en énigmes ou en figures (Num. xii, 8), au lieu qu'il ne se montre, dit-il, qu'en vision aux autres prophètes, et ne leur parle qu'en songe. Saint Philippe pareillement, selon la demande qu'il en avait faite, vit le Père dans le Fils, quand il lui fut répondu : « Philippe, qui me voit, voit mon Père, parce que je suis dans mon Père, et mon Père est en moi (Joan. xiv, 7). » Il se donna aussi à toucher à saint Thomas suivant le désir de son cœur, et il ne le priva pas du fruit de sa prière (Joan. xx, 27). Que dirai-je de David ? Ne marque-t-il pas aussi qu'il n'a pas été frustré entièrement de ses désirs, lorsqu'il dit, qu'il ne permettra point à ses yeux, de dormir, ni à ses paupières de se fermer, qu'il n'ait trouvé un lieu pour le Seigneur ? Un grand époux se présente donc à ces grandes âmes, et il les traite magnifiquement en leur envoyant sa lumière et sa vérité, en les conduisant, en les amenant sur sa sainte montagne et dans ses tabernacles, en sorte que celui qui reçoit une telle faveur a sujet de dire ; « Celui qui est tout puissant a fait de grandes choses en moi (Luc. 1, 49). » Ses yeux verront le roi dans toute sa beauté, marchant devant lui vers les plus beaux endroits du désert, vers les fleurs du rosier, les lis des vallées, des jardins délicieux, des fontaines

jaillissantes, des celliers remplis d'une abondance de tous biens, des odeurs de parfums très doux, et enfin vers les lieux les plus intimes de sa chambre.

10. Voilà les trésors de la sagesse et de la science qui sont cachés dans l'Époux. Voilà les pâturages de vie préparés pour repaître les âmes saintes. Heureux celui qui en contente pleinement ses désirs ! Qu'il sache seulement qu'il ne doit pas vouloir posséder seul ce qui peut suffire à plusieurs. Car si, après toutes ces choses, l'Époux se montre sous les traits d'un pasteur, c'est peut-être afin d'avertir celui qui a obtenu de si grands dons de se souvenir d'en repaître le troupeau des personnes simples, qui ne peuvent se porter à ces merveilles par elles-mêmes, comme les brebis n'osent aller au pâturage sans leur pasteur. C'est la sage remarque de l'Épouse, et voilà pourquoi elle demande qu'on lui apprenne où l'Époux paît et repose à midi ; elle se sent disposée comme on peut le comprendre par ses paroles, à se nourrir et à paître les brebis avec lui et sans lui. Car elle ne croit pas qu'il soit sûr d'éloigner le troupeau du souverain pasteur, à cause des loups, surtout de ceux qui viennent à nous sous une peau de brebis. Et c'est pour cela qu'elle désire les faire paître avec lui dans les mêmes pâturages, et se reposer sous les mêmes ombrages. Et elle en donne la raison : « De peur, dit-elle, que je ne me mette à errer après le troupeau de vos compagnons. » Elle parle de ceux qui veulent paraître amis de l'Époux et ne le sont pas ; comme ils ne s'occupent qu'à faire paître leurs propres troupeaux, non les siens, ils vont de côté et d'autre en disant : « C'est ici qu'est Jésus-Christ. C'est là qu'il

Ceux qui sont instruits par Dieu doivent instruire les autres.

Il est dangereux de vouloir faire paître les brebis loin du pasteur.

nis ad ipsos, quod est istiusmodi : *Quemcunque locum calcaverit pes vester, vester erit.* Magna siquidem fides magna meretur : et quatenus in bonis Domini fiduciæ pedem porrexeris, eatenus possidebis.

9. Denique Moysi ore ad os loquitur Deus ; et palam, non per ænigmata et figuras Dominum videre meretur, cum prophetis aliis tantum in visione apparere se dicat, et per somnium loqui. Philippo quoque secundum petitionem cordis sui ostensus est Pater in Filio, in eo procul dubio quod incontinenti audivit : *Philippe, qui videt me, videt et Patrem.* et, *Quia ego in Patre, et Pater in me est.* Sed et Thomæ juxta desiderium cordis ejus palpandum se præbuit, et voluntate labiorum ejus non fraudavit eum. Quid David ? Nonne et ipse voto se non omnino fraudari significat, ubi ait non daturum se somnum oculis suis, nec palpebris suis dormitacionem, donec inveniret locum Domino ? Igitur istiusmodi magnis spiritibus magnus occuret Sponsus, et magnificentissimum facere cum eis, emittens lucem suam et veritatem suam, eosque deducens et adducens in montem sanctum suum, et in tabernacula sua, ita ut dicat qui ejusmodi est : *Quia fecit mihi magna qui potens est.* Regem in decore suo videbunt oculi ejus, præeuntem se ad speciosa deserti, ad flores rosarum, et lilia convallium, ad amœna hotorum, irrigua fontium, ad delicias cellariorum,

et odoramenta aromatum, postremo ad ipsa secreta cubiculi.

10. Isti sunt thesauri sapientiæ et scientiæ penes Sponsum absconditi, hæc vitæ pascua præparata in refectio-nem animarum sanctarum. Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis. Hoc solum admonitus sit, ne solus habere velit quæ possunt sufficere pluribus. Propterea enim fortassis post ista omnia Sponsus, tanquam pastor apparere describitur : ut proinde admoneatur assecutor tantorum munerum pascendi gregis simpliciorum, qui scilicet tam non valent per semetipsos apprehendere ista, quam non audent sine pastore oves exire in pascua. Denique hoc ipsum Sponsa prudenter advertens postulat tibi indicari, ubi ipse pascat et cubet sub meridiano fervore, parata (ut quidem ex hoc intelligi datur) pasci et pascere cum illo, et sub illo. Nec enim tutum arbitratur longe agere gregem a summo Pastore, nimirum ob incursiones luporum, eorum maxime qui veniunt ad nos in vestimentis ovium : et propterea satagit eisdem cum ipso pariter pascere pascuis, et cubare umbris. Et causam ponit : *Ne incipiam, in-quiens, vagari post greges sodalium tuorum.* Ipsi sunt qui se volunt videri amicos Sponsi, et non sunt ; et cum suos, non illius greges pascere cura sit eis ; hinc inde tamen insidiantes dicunt : *Ecce hic est Christus, ecce illic*

est (*Matth. 1, 21*), » afin d'en séduire plusieurs, et les faire sortir du troupeau de Jésus-Christ et de les ajouter au leur. Voilà pour ce qui regarde le sens de la lettre. Quant au sens spirituel qui y est caché, je suis d'avis de remettre à un autre discours ce que, par l'intercession de vos prières daignera m'inspirer l'époux de l'Église Jésus-Christ Notre-Seigneur, qui étant Dieu est au dessus de toutes choses, et béni éternellement. Ainsi soit-il.

SERMON XXXIII.

Ce qu'une âme dévote ne doit cesser de rechercher.

Que faut-il entendre par le mot midi. Il y a quatre tentations qu'on doit toujours éviter.

1. Apprenez-moi où est celui qu'aime mon âme, où vous paissez votre troupeau, où vous vous reposez à midi. » Un autre saint se sert aussi de la même expression : « Apprenez-moi, dit-il, pourquoi vous me jugez ainsi (*Job x, 3*). » En quoi il ne blâme pas la sentence du juge, mais il en cherche la cause, il demande d'être instruit par les afflictions, non pas d'en être délivré. Un prophète en use de même dans ses oraisons quand il dit : « Apprenez-moi vos voies, Seigneur, et enseignez-moi vos sentiers (*Psal. xxiv, 4*). » Et il déclare ailleurs ce qu'il entend par ces voies et ces sentiers : « Il m'a conduit, dit-il, par les sentiers de la justice (*Psal. xxii, 3*). » Toute âme qu'une sainte curiosité pour ce qui regarde Dieu anime, ne cesse de s'enquérir de ces trois choses : « De la justice, du jugement et du lieu » où réside la gloire de l'Époux ; qui sont pour elle la « voie » où elle doit marcher, la « précaution » avec laquelle elle doit marcher, et la « de-

meure » vers laquelle elle doit marcher. Or, voici ce que le Prophète dit de cette demeure : « Je n'ai demandé qu'une chose au Seigneur, et je la lui demanderai encore, c'est de me faire la grâce de demeurer dans sa maison tous les jours de ma vie (*Psal. xxvi, 4*). » Et ailleurs : « Seigneur, j'aime passionnément la beauté de votre maison et le lieu où habite votre gloire (*Psal. xxv, 8*). » Quant aux deux autres, voici comment il s'exprime : « La justice et le jugement sont les bases de votre trône (*Psal. lxxxviii, 15*). » C'est avec raison que l'âme dévote cherche ces trois choses comme étant le trône de Dieu et la base de son trône. On aime à voir comment, par une prérogative particulière de l'Épouse, ces trois choses concourent également à la consommation de ses vertus ; en effet, elle est « belle » par la forme de la justice, « prudente » par la connaissance des jugements, et « chaste » par le désir qu'elle a de la présence ou de la gloire de son Époux. Car il sied bien à l'Épouse du Seigneur d'être telle ; je veux dire belle, prudente et chaste. Or, sa dernière demande trouve place ici ; elle prie, en effet, celui qu'aime son âme, de lui apprendre où il pait son troupeau, et où il se repose à midi.

Qualités de l'Épouse.

2. Et d'abord remarquez avec quelle élégance elle distingue l'amour de l'esprit d'avec l'amour charnel, lorsque, voulant désigner son bien-aimé, plutôt par son affection que par son nom, elle ne dit pas simplement celui que j'aime, mais « celui qu'aime mon âme, » pour marquer par-là que son amour est spirituel. Ensuite, considérez avec attention ce qu'elle trouve de si agréable dans le lieu de ses pâturages. Remarquez encore qu'elle parle de l'heure de midi, et s'enquiert surtout du lieu où

Le pâturage et le repos du midi.

Toute âme qui aime Dieu recherche trois choses.

est, videlicet ut multos seducant, et abducant a Christi gregibus, et socient suis. Hoc pro litteræ textu. Jam vero spiritualem sensum qui in ea latet sub alio sermonis principio expectate, quidquid illud erit, quod mihi inde vobis orantibus sua misericordia partiri dignabitur Sponsus Ecclesiæ Jesus-Christus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO XXXIII.

De his quæ semper sectanda sunt a mente devota. Quid sit merities, et de quatuor generibus tentationum semper evitandis.

1. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie. Et alius quidam : Indica, inquit, mihi cur me ita judices. Ubi non sane sententiam causatur, sed scrutatur causam, erudiri flagellis petens, non erui. Item alius precatur, dicens : Vias tuas Domine demonstra mihi, et semitas tuas edoce me. Quas dixerit vias vel semitas, manifestat alibi : Deduxit me, inquit, super semitas justitiæ. Ergo tria ista anima curiosa Dei non cessat inquirere, justitiam, et judicium, et locum

habitationis gloriæ Sponsi : tanquam viam in qua ambulet, cautelam qua ambulet, et adquam ambulet mansionem. De qua mansione sic habes in Propheta : Unam petii, inquit, a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Et iterum : Domine dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ. Porro de reliquis duobus : Justitia et judicium, ait, præparatio sedis tuæ. Merito tria ista mens devota requirit, utpote sedem Dei, et sedis præparationem. Et pulchre in Sponsæ prærogativam concurrunt pariter omnia ad consummationem virtutum, ut de forma justitiæ sit formosa, de judiciorum notitia cauta, de desiderio præsentis seu gloriæ sponsi casta. Talem prorsus decet esse Sponsam Domini, pulchram, eruditam, et castam. Ergo petitio, quam ultimam posui, istius est loci. Petit siquidem ab eo quem diligit anima sua, indicari sibi, ubi pascatur, et ubi cubet in meridie.

2. Et primo adverte, quam eleganter amorem spiritus a carnis discernat affectu, dum dilectum exprimere magis ipsa affectione, quam nomine volens, non simpliciter quem diligo, sed, O, inquit, quem diligit anima mea, spiritalem designans dilectionem. Deinde quidnam eam in loco pascuæ adeo delectet, diligenter attende. Sed

celui qui pâit son troupeau se repose en même temps, ce qui prouve une grande sécurité. Car je crois qu'elle ajoute ce mot : « où il repose, » parce que, en ce lieu-là, il n'est point nécessaire d'être debout, et de veiller à garder le troupeau, puisque, tandis que le pasteur est couché et se repose à l'ombre, son troupeau ne laisse pas de parcourir librement la prairie. Heureuse région, où les brebis entrent et sortent quand il leur plaît, sans que personne les épouvante ! Qui me fera la grâce de vous voir et moi avec vous, vous repâitre dans les montagnes avec ces quatre-vingt-dix-neuf brebis que le pasteur y laissa, lisons-nous dans l'Évangile, lorsqu'il daigna courir après celle qui s'était égarée (*Matth. xviii, 12*). Celui-là sans doute se repose en pleine sécurité lorsqu'il est près de ses brebis, qui n'hésite point à s'éloigner parce qu'il sait qu'il les laisse en lieu sûr. C'est à bon droit que l'Épouse soupire et aspire après ce lieu qui est tout ensemble un lieu de pâturage et de paix, un lieu de repos et de sécurité, un lieu de joie, d'admiration et d'étonnement. Hélas ! que je suis malheureux d'en être si éloigné, et de ne le saluer que de loin ! Le seul souvenir que j'en ai me fait verser des larmes, et me met dans le cœur le sentiment, et dans la bouche les paroles de ceux qui disaient : « Nous nous sommes assis sur les rivages des fleuves de Babylone, et nous avons pleuré amèrement en nous souvenant de vous, ô Sion (*Psal. cxxxvi, 1*). » Il me prend envie de m'écrier aussi avec l'Épouse et le Prophète : « Sion, louez votre Dieu de ce qu'il a renforcé les gonds de vos portes et béni vos enfants en vous ; il a établi la paix dans toute votre contrée, et il vous nourrit avec abondance de la fleur

du plus pur froment (*Psal. cxlvii, 1*). » Qui ne souhaiterait ardemment de pâitre en ce lieu pour y goûter la paix, y manger la fleur de froment et y trouver la satiété. Là ni crainte ni dégoût, ni disette. Or, cette demeure assurée, c'est le « paradis, » cette nourriture délicieuse, c'est le « Verbe, » et cette grande abondance, c'est « l'éternité. »

3. J'ai aussi le Verbe ici-bas, mais c'est dans sa chair. On me présente aussi la vérité pour me servir de nourriture, mais c'est dans un sacrement. L'ange est comme engraisé de la fleur du froment, il se rassasie du grain même ; quant à moi, il faut que je me contente, durant cette vie, de l'écorce du sacrement, du son de la chair, de la paille de la lettre et du voile de la foi. Et ces choses sont telles qu'elles donnent la mort quand y on goûte, sans les assaisonner des prémices de l'esprit. Oui, je ne puis trouver que la mort dans le vase, si l'amertume des herbes qui y sont n'est adoucie par la farine du Prophète. Car, sans l'esprit, on ne reçoit le sacrement que pour sa condamnation, la chair ne sert de rien, la lettre tue, et la foi est morte. C'est l'esprit qui vivifie et qui fait que je vis dans ces choses. Mais, de quelque abondance et de quelque onction d'esprit qu'elles soient pleines, l'on ne peut trouver dans l'écorce du sacrement la même douceur que dans la plus pure fleur de froment, dans la foi que dans la vision, dans le souvenir que dans la présence, dans le temps que dans l'éternité, dans le visage que dans le miroir qui le représente, dans l'image de Dieu que dans la forme d'un esclave. Aussi, dans toutes ces choses, ma foi est riche, mais mon intelligence est pauvre. Or, il y a bien de la différence entre le goût que l'on a par l'intelligence

La se trouvent la paix, l'abondance et la satiété.

Condition différente de l'homme sur la terre et de l'ange dans son bonheur.

La vérité dans l'Eucharistie

Comme il est doux à être conduit aux pâturages par l'Époux.

nec illud prætereat te de hora meridiana, et quod is potissimum exploratur locus, in quo qui pascit, cubat simul : quod est magnæ securitatis indicium. Arbitror enim ob hoc additum, cubat, quod eo loci minime necesse sit stare, et vigilare super custodiam gregis, quando grex, etiam cubante pastore et pausante sub umbris, libere nihilominus discurrat in pascuis. Felix regio, in qua pro libitu oves ingrediuntur et egrediuntur, et non est qui exterreat. Quis mihi tribuat videre vos, meque pariter in montibus pasci una cum illis nonaginta novem quæ illic relictæ leguntur, cum Pastor earum dignanter ad unam descendit quæ erraverat ? Secure procul dubio cubat prope, qui et longe recedere minime dubitavit, sciens quia in tuto eas relinqueret. Merito Sponsa illo suspirat, merito inhiat loco pascuæ simul et pacis, sed quietis, sed securitatis, sed exultationis, sed admirationis, sed stuporis. Nam et me miserum, heu ! longe agentem et de longe salutantem, en ipsa ejus recordatio ad lacrymas provocat, plane juxta affectionem et vocem dicentium : *Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus, dum recordaremur tui Sion*. Libet exclamare et te cum Sponsa pariter et cum Propheta : *Lauda Deum tuum Sion, quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines*

tuos pacem, et adipe frumenti satiat te. Quis non illic vehementer cupiat pasci ei propter pacem, et propter adipem, et propter sâietatem ? Nihil ibi formidatur, nihil fastiditur, nihil deficit. Tuta habitatio Paradisus, dulce pabulum Verbum, opulencia multa nimis æternitas.

3. Habeo et ego Verbum, sed in carnis et mihi apponitur veritas, sed in sacramento. Angelus ex adipe frumenti saginatur, et nudo saturatur grano ; me oportet interim quodam sacramenti cortice esse contentum, carnis fufure, litteræ palea, velamine fidei. Et hæc talia sunt quæ gustata afferunt mortem, si non de primitiis spiritus quantulumcunque accipiant condimentum. Prorsus mors mihi in olla, nisi ex Prophetæ farina dulcoretur. Denique absque spiritu et sacramentum ad judicium sumitur, et caro non prodest quidquam, et littera occidit, et fides mortua est. Sed spiritus est qui vivificat, ut vivam in eis. At quantalibet sane abundantia spiritus pinguescant ista, non pari omnino jucunditate sumitur cortex sacramenti, et adeps frumenti, fides et species *, memoria et præsentia, æternitas et tempus, vultus et speculum, imago Dei et forma servi. Nempe in omnibus his fides locuples mihi, intellectus pauper. Numquid vero par sapor intellectui fideique, cum sit in meritum

* al. mendose spes.

et celui que l'on n'a que par la foi, puisque ce dernier fait notre mérite, au lieu que l'autre fera notre récompense. Vous voyez donc qu'il n'y a pas moins de différence entre les pâturages qu'il n'y en a entre les endroits où on habite; et que les biens qui sont possédés par les habitants du ciel, sont aussi élevés au dessus des biens de ce monde, que le ciel est élevé au dessus de la terre.

4. Hâtons-nous donc, mes enfants, hâtons-nous d'arriver dans un lieu plus sûr, dans des pâturages plus délicieux, dans un champ plus fertile. Hâtons-nous d'aller là où nous habiterons sans crainte, où notre abondance ne saurait s'épuiser, où notre jouissance ne connaîtra point le dégoût. Car, Seigneur des armées, vous qui jugez toutes choses avec tranquillité, vous nourrissez aussi toutes choses en paix et en sécurité. Vous êtes en même temps le Seigneur des armées et le pasteur des brebis. Vous paisez donc votre troupeau, et vous vous reposez en même temps, mais ce n'est pas ici. Car vous étiez debout lorsque vous regardiez du ciel une de vos brebis, je veux dire le grand Étienne, environné de loups sur la terre. C'est pourquoi : « Apprenez-moi où vous paisez votre troupeau, et où vous vous reposez à midi, » c'est-à-dire tout le jour. Car ce midi est tout un jour, qui ne connaît point de soir. C'est pour cela que ce jour qu'on passe dans votre maison est plus désirable que mille autres s'il ne connaît pas de couchant (*Psal. lxxxiii, 11*). Peut-être a-t-il eu un matin, quand ce saint jour a commencé à luire sur nous par les entrailles de la miséricorde de notre Dieu, dans laquelle le soleil levant nous est venu visiter du ciel (*Luc. i, 78*). Oui, c'est vraiment alors, ô

mon Dieu, que nous avons reçu les effets de votre miséricorde au milieu de votre temple, lorsqu'au sein des ombres de la mort, une grande lumière a paru sur nous, et que nous avons vu la gloire du Seigneur éclairer le matin (*Psal. xlvii, 10*). Combien de rois et de prophètes ont désiré la voir et ne l'ont pas vue? Pourquoi? Parce qu'il était nuit, et que le matin tant attendu, et auquel la miséricorde était promise, n'était pas encore arrivé? C'est pourquoi quelqu'un disait dans ses prières : « Faites-moi entendre, Seigneur, dès le matin, la voix de votre miséricorde, parce que j'ai espéré en vous (*Psal. cxlii, 5*). »

5. Ce jour a été précédé d'une aurore qui a commencé à luire quand le soleil de justice fut annoncé à la terre par l'archange Gabriel, qu'une vierge le conçut dans son sein par l'opération du Saint-Esprit, et l'enfanta en demeurant toujours vierge, jusqu'au jour où il parut dans le monde, et conversa avec les hommes. Jusqu'alors on ne vit qu'une toute petite lumière qui était vraiment semblable à la lumière de l'aurore, en sorte que presque toute la terre ignorait que le jour fût parmi les hommes. Après tout, s'ils ne l'eussent pas ignoré, ils n'eussent jamais crucifié le Seigneur de gloire (*I Cor. i, 8*). Voilà pourquoi aussi ce n'était qu'au petit nombre des disciples qu'il était dit : « Il y a encore un peu de lumière parmi vous (*Joan. xii, 35*), » car on n'avait encore que l'aurore, le commencement ou plutôt le signe du jour, tant que le soleil cachait ses rayons, au lieu de les répandre sur la terre. C'était aussi la pensée de saint Paul, lorsqu'il disait : « La nuit a précédé, mais le jour s'est approché (*Rom. xiii, 2*), » marquant par

Quelle fut l'aurore de ce jour.

Félicité des bienheureux.

L'éternité bienheureuse est un jour qui n'a point de soir.

ista, ille in præmium? Vides ergo tantum distare inter pabula, quantum et inter loca : et sicut exaltantur cæli a terra, ita habitantes in eis, bonis potioribus abundare?

4. Festinamus proinde, Filii, festinamus ad lacum tuiorem, ad pastum suaviorem, ad uberiorem et fertilliozem agrum. Festinamus ut habitemus sine metu, abundemus sine defectu, epulemur sine fastidio. Tu enim Domine sabaoth, qui cum tranquillitate iudicas omnia, etiam cum securitate æque omnia ibi pascis. Idem ipse et Dominus exercituum, et pastor ovium. Ergo et pascis, et cubas pariter, sed non hic. Denique stabas cum e cælo prospiceres unam ex tuis ovis (Stephanum loquor) a lupis circumdari super terram. Et propterea quæso indica mihi ubi pascas, ubi cubas in meridie, hoc est tota die : etenim illa meridies tota est dies, et ipsa nesciens vespem. Et ideo melior dies illa in atriis tuis super millia, quia nescit occasum. At matulinum forsitam habuit, cum primum videlicet dies sanctificatus illuxit nobis, per viscera utique misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos Oriens ex alto. Vere tunc suscipimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui, cum in medio umbræ mortis exortus matutini lux orta ex nobis, et mane vidimus gloriam

Domini. Quanti reges et prophetæ voluerunt videre, et non viderunt? Quare? nisi quia nox erat, et eundem venerat illud expectatum mane, cui fuerat repressissima misericordia? Unde et orabat quis dicens : *Audiam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi.*

5. Fuit namque quædam hujus aurora diei, ex quo sol justitiæ per archangelum Gabrielem nunliatus est terris, et Virgo Deum in utero de Spiritu-Sancto concepit et peperit Virgo, ac deinceps, quoad in terris visus est, et cum hominibus conversatus est. Nam usque adeo per totum id temporis lux pusilla, et tanquam lux revera auroræ apparuit, ut diem esse interim apud homines pene universitas ignoraret. Denique si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Et utique ipsis paucis discipulis dicebatur : *Adhuc modicum lumen in vobis est : eo quod aurora esset et initium, vel potius indicium diei, dum sol adhuc absconderet radios suos, minime eos spargeret super terram. Paulus quoque dicebat, quoniam nox præcessit, dies autem appropinquavit :* significans esse tunc adhuc adeo modicum lumen, ut propinquasse, quam venisse diem dicere maluerit. Quando autem hoc dicebat? Profecto quando sol reversus ab inferis, jam se

là qu'il y avait encore si peu de lumière, qu'on pouvait dire que le jour s'était approché plutôt que venu. Mais quand s'exprimait-il ainsi? C'était alors que le soleil, venu des enfers, était déjà monté jusqu'au plus haut du ciel. Combien donc était-il encore plus vrai de le dire, lorsque la ressemblance du péché, comme une nuée épaisse, couvrait l'aurore, et qu'elle était comme étouffée par tant de souffrances, et même par une mort amère et sur une croix honteuse? Combien plus sa lumière était-elle faible alors, et paraissait-elle plutôt venir de la présence de l'aurore que de celle du soleil?

6. Toute la vie de Jésus-Christ sur la terre était donc une aurore, une aurore même assez pâle, jusqu'à ce que, se couchant et se levant de nouveau, il a chassé l'aurore par la lumière plus vive de sa présence qui était comme un soleil : le matin arrivant alors, la nuit s'est trouvée comme engloutie dans sa victoire. Aussi lisons-nous dans l'Évangile : « Le jour du Sabbat, de grand matin elles vinrent au tombeau, le soleil étant déjà levé (*Matth. xxviii, 1*). » N'était-ce pas le matin, puisque le soleil était levé? Or, il tira une nouvelle beauté de la résurrection, et une lumière plus pure et plus brillante que de coutume; car nous ne le connaissons plus maintenant (*I Cor. v, 16*), selon la chair, quoique nous l'ayons connu ainsi d'abord. Aussi le Prophète chante-t-il : « Il s'est revêtu de beauté, il s'est revêtu de force, il s'est ceint et a pris les armes (*Psal. xcii, 1*), » parce qu'il a dépouillé les infirmités de la chair comme un nuage, et s'est revêtu d'une robe de gloire. C'est alors que ce soleil s'est élevé, et que, répandant insensiblement ses rayons sur la terre, il a commencé peu à peu à paraître plus lu-

mineux et à faire sentir plus vivement sa chaleur. Mais qu'il s'échauffe et se fortifie tant qu'il voudra, qu'il augmente le nombre et la force de ses rayons dans tout le cours de notre vie mortelle, car il demeure avec nous jusqu'à la consommation des siècles (*Matth. xxviii, 20*); il ne montera point pourtant à son midi, et nous ne le verrons point ici-bas dans cette plénitude de lumière, où nous le verrons un jour, au moins ceux à qui il daignera faire cette grâce. O véritable midi! plénitude d'ardeur et de lumière! état permanent d'un soleil durable, qui détruit toutes les ombres, sèche tous les marais, bannit toutes les mauvaises odeurs! O solstice éternel et jour sans déclin, ô lumière du midi, fraîcheur du printemps, beauté de l'été, abondance de l'automne, et, pour ne rien omettre, repos et loisir de l'hiver, ou plutôt, si vous l'aimez mieux ainsi, il n'y a que l'hiver qui s'en ira et se retirera alors. Apprenez-moi, dit l'Épouse, où est ce lieu si plein de clarté, de paix et d'abondance, afin que, comme Jacob, étant encore dans ce corps mortel, vit le Seigneur face à face sans qu'il en mourût (*Gen. xxxii, 30*), ou comme Moïse le vit, non en figure et en énigme ou en songe ainsi que les autres prophètes, mais d'une manière excellente et inconnue à tout autre qu'à lui et à Dieu (*Num. xii, 8*); ou comme Isaïe, après que les yeux de son esprit furent ouverts, le vit sur un trône très-haut et très-élevé (*Isa. vi, 1*), ou même comme saint Paul qui, ravi dans le paradis, entendit des paroles ineffables, et vit de ses yeux Jésus-Christ son Seigneur (*II Cor. xii, 4*), je mérite aussi de vous contempler par un ravissement d'esprit, dans l'éclat de votre lumière et de votre beauté, de vous voir paissant votre troupeau avec

Le midi est la vision bienheureuse.

Soupire d'une âme dévote après le midi de la lumière éternelle.

La vie de Jésus sur la terre est comparée à l'aurore.

C'est le matin qu'eut lieu la résurrection.

ad alta cœli sustulerat. Quanto magis cum adhuc similitudo carnis peccati instar densæ nubis operiret auroram, juxta omnes nimirum nostri corporis passionem, ita ut neque amara mors, nec crux probrosa defuerit? Quanto magis, inquam tunc exigua tenuisque admodum lux fuit, et quæ de auroræ magis, quam de solis prodere præsentia videretur?

6. Erat ergo aurora, et ipsa subobscura satis, tota illa Christi videlicet conversatio super terram, usque dum occumbens et rursum exoriens, solaris suæ præsentie lumine clariori fugavit auroram, et mane facta absorpta est nox in victoria. Denique habes : *Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam sole.* An non mane fuit, quando ortus est sol? Attulit autem novum de resurrectione decorem, et sereniorum solito lucem, quoniam *etsi noveramus eum secundum carnem, sed nunc jam non novimus* Est scriptum in Propheta : *Decorem induit, induit fortitudinem, et præcinxit se,* quod carnis infirma, tanquam nubila quædam excusserit, stolam gloriæ induens. Sane extunc elevatus est sol, et sensim demum diffundens suos radios super terram, cœpit paulatim ubique clarior apperere, fervidiorque sentiri. Verum quantumlibet incalcescat et invalescat, multiplicet et dilatet radios

suos per omne hujus nostræ mortalitatis curriculum, (erit enim nobiscum usque ad consummationem sæculi :) non tamen ad meridianum perveniet lumen, nec in illa sui plénitudine videbitur modo, in qua videndus est postea, ab his duntaxat, quos hac visione ipse dignabitur. O vere merities, plénitudo fervoris et lucis, solis statio, umbrarum exterminatio, desiccatio paludum, fœtorum depulsio! O perenne solstitium, quando jam non inclinabitur dies! o lumen meridianum, o vernalis temperies, o æstiva venustas, o autumnalis ubertas, et (ne quid videar præteriisse) o quies et feriatio hiemalis! Aut certe, si hoc magis probas, sola tunc hiems abiit et recessit. Hunc locum, inquit, tantæ claritatis et pacis et plénitudinis indica mihi, ut quemadmodum Jacob adhuc in corpore manens vidit Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima ejus; vel certe sicut Moyses vidit eum, non per figuras et ænigmata, seu per somnia, uti Prophetæ alii, sed modo plane præcellenti quietæ in experto cæteris, sibi noto et Deo; vel sicut Isaïas revelatis oculis cordis vidit eum super solium excelsum et elevatum; vel etiam quomodo Paulus raptus in paradysum audivit verba ineffabilia, et Dominum suum Jesum-Christum vidit oculis suis: ita ego quoque te in lumine tuo in decore tuo per mentis

plus d'abondance, et vous reposant avec plus de sécurité.

7. Car ici vous paisez votre troupeau, mais vous ne le rassasiez pas. Et il n'est pas permis de se reposer, mais il faut être debout, et veiller à cause des frayeurs de la nuit. Hélas, cette lumière-ci n'est point pure, cette nourriture n'est point pleine, cette demeure n'est point sûre. « Apprenez-moi donc où vous paisez votre troupeau, et où vous vous reposez à midi. » Vous m'appellez bienheureuse de ce que je suis affamée et altérée de la justice. (*Matth. v, 6*). Et qu'est-ce que cela, au prix de la félicité de ceux qui sont comblés des biens de votre maison, (*Psal. lxxv, 6*) qui sont toujours à un banquet magnifique, (*Psal. lxxvii, 4*) et se réjouissent sans cesse en la présence de Dieu? si je souffre quelque chose pour la justice, vous dites encore que je suis bienheureuse. Or il est certain que s'il y a quelque douceur à paître où l'on craint de souffrir, il n'y a point de sûreté : mais y paître et y souffrir en même temps, n'est-ce pas un plaisir fâcheux? Je possède ici toutes choses hormis la perfection; plusieurs choses m'arrivent au-delà de mes espérances, mais je n'y vois rien de sûr. Quand me comblerez-vous donc de joie par la présence de votre visage (*Psal. xv, 10*)? Je chercherai, Seigneur, votre visage adorable (*Psal. xxvi, 8*). Votre visage est un soleil en son midi. Apprenez-moi où vous paisez votre troupeau, où vous vous reposez à midi. Je sais assez où vous paisez sans reposer. Apprenez-moi où vous paisez et reposez tout ensemble. Je n'ignore pas où le reste du temps vous avez coutume de paître, mais je voudrais savoir où vous paisez à midi. Car pendant le temps de ma vie mortelle, et dans le lieu de mon pèlerinage, j'ai

coutume de me repaître et de repaître les autres de vous, sous votre conduite, dans la loi, dans les prophètes, et dans les Psaumes. Je me repose aussi dans les pâturages de l'Évangile et des apôtres. Souvent même j'ai cherché comme j'ai pu de la nourriture pour moi, et pour ceux qui m'appartiennent dans les actions, les paroles, et les écrits des saints : mais plus souvent encore, car cela m'est plus aisé, j'ai mangé le pain de la douleur, et bu le vin de la componction, et mes larmes m'ont servi de nourriture et de breuvage durant le jour et durant la nuit, pendant qu'on me dit à tout moment, où est votre Dieu (*Psal. xxxxi, 3*)? Il est vrai quelquefois, je me nourris de ce qui est sur votre table, car vous avez dressé une table devant moi, pour confondre ceux qui m'affligent. J'en prends, dis-je, parfois quelque chose, par un bienfait singulier de votre miséricorde, et cela me fait un peu respirer, lorsque mon âme est triste et me remplit de troubles. Je connais ces pâturages, et j'y vais souvent en vous suivant comme mon pasteur. Mais apprenez-moi aussi, je vous prie, ceux que je ne connais pas.

8. Il y a encore à la vérité d'autres pasteurs qui se disent vos compagnons, et ne le sont pas, qui ont des troupeaux qui leur sont propres, et des prairies pleines de pâturages mortels, où ils paissent, mais sans vous et sans vos ordres. Je ne suis point entré dans leurs terres, et ne me suis point approché d'eux. Ce sont ceux qui disent : « Le Christ est ici : Le Christ est là (*Marc. xiii, 21*) : » Ils promettent les fertiles pâturages de la sagesse et de la science, on les croit, on vient en foule à eux, mais ils rendent ceux qui les suivent enfants du Diable encore beaucoup plus qu'ils ne le sont

saint
Bernard.

Saint Bern-
nard trouve
sa consolation
dans
l'Eucharistic.

Les pâturages
de certains
pasteurs sont
mauvais.

excessum merear contemplari pascentem uberius, quiescentem securius.

7. Nam et hic pascis, sed non in saturitate : nec cubare licet, sed stare et vigilare oportet propter timores nocturnos. Heu! nec clara lux, nec plena refectio, nec mansio tuta : et ideo *indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie*. Beatam me dicis cum esurio, et sitio justitiam. Quid hoc ad illorum felicitatem, qui repleti sunt in bonis domus tuæ, qui epulantur et exsultant in conspectu Dei, et delectantur in lætitia? Sed et si quid patior propter justitiam, nihilominus beatam pronuntias. Et certe pasci ubi timeas pati, jucunditatem habet, sed non securitatem. Porro autem pasci et pati simul, nonne molesta jucunditas est? Omnia mihi hic cedunt citra perfectum, plura præter votum, et tutum nihil. Quando adimplebis me lætitia cum vultu tuo? Vultum tuum, Domine, requiram. Vultus tuus merities est. *Indica mihi ubi cubes in meridie* : Scio satis ubi pascas non cubans : indica mihi ubi pascas et cubes. Non ignoro ubi aliis temporibus pascere soleas : sed scire velim ubi in meridie pascas. Nam in tempore quidem mortalitatis meæ, et in loco peregrinationis meæ consuevi sane sub tua custodia pasci, et

pascere in lege, et prophetis, et psalmis de te : nec non in evangelicis pascuis, et apud apostolos similiter requievi : frequenter etiam de gestis sanctorum, et verbis, et scriptis eorum, victum mihi atque attinentibus mihi mendicavi ut potui : frequenter autem (quoniam is magis ad manum fuit) manducavi panem doloris, et vinum compunctionis bibi ; et *factæ sunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie, Ubi est Deus tuus?* Nisquod de mensa tua (siquidem *parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me*) de ipsa, inquam, tuæ quidem beneficio miserationis, accipio, in quo utcumque respiro, quoties tristis est anima mea, et quoties conturbat me. Hæc pascua novi frequentavi te secuta pastorem : sed indica, quæso, etiam quæ non novi.

8. Sunt quidem et alii pastores, qui dicunt se esse sodales tuos, et non sunt, habentes greges suos, et fines suos pabulo mortis referros, in quibus pascunt nec tecum, nec per te, quorum utique terminos non intravi, nec appropriavi eis. Ipsi sunt qui dicunt, *Ecce hic est Christus, ecce illic est* : promittentes sapientiæ et sciencitiæ pascua uberiora, et creditur eis, et confluunt ad eos

Différence
entre l'état
présent et le
futur.

Il n'y a point
de sûreté
ici-bas.

Pâturage de
l'Épouse ou
plutôt de

eux-mêmes. Et pourquoi cela, sinon parce qu'il n'y a point là de midi, ni de lumière pure, qui puissent faire connaître clairement la vérité, et qu'on reçoit souvent la fausseté pour elle, à cause de la vraisemblance qui ne se discerne pas aisément du vrai dans l'obscurité, mais surtout aussi parce que les eaux dérobées sont plus douces, et qu'on trouve meilleur le pain qu'on mange en cachette (*Prov. ix. 17*)? Et c'est pour cela que je vous prie de m'enseigner où vous passez et où vous vous reposez à midi, c'est-à-dire à découvert, de peur que séduite je ne me mette à errer après les troupeaux de vos compagnons, comme eux-mêmes sont errants et vagabonds, n'ayant aucune certitude de la vérité qui les rend stables, apprenant toujours et n'arrivant jamais à la connaissance de la vérité. Voilà ce que dit l'Épouse à cause des vains dogmes des philosophes et des hérétiques.

Ce sont les hérétiques et les philosophes.

Il faut soupiner après le midi pour découvrir les fraudes du diable.

Le Démon du midi. Voir le VI sermon sur le Psaume XC.

9. Pour moi, je crois que nous devons soupiner après ce midi, non-seulement pour ce motif, mais encore et surtout à cause des artifices des puissances invisibles, des esprits séducteurs qui se tiennent en embuscade avec des flèches toutes prêtes dans leurs carquois, pour percer, d'un lieu obscur, ceux qui ont le cœur droit, afin qu'en plein jour nous puissions découvrir les stratagèmes du diable et discerner aisément d'avec notre bon ange cet ange de Satan qui se transforme en ange de lumière. Car nous ne saurions nous garantir des incursions du démon du midi (*Psal. c. 6*), qu'en demeurant aussi dans la lumière du midi, et je crois que ce démon-là est appelé ainsi, parce qu'il y a de mauvais esprits qui, étant une nuit, et une nuit

perpétuelle à cause de leur volonté ténébreuse et obstinée dans le mal, ne laissent pas pour surprendre les hommes de paraître comme un jour, que dis-je comme un jour, comme un midi; de même que leur prince ne se contente pas d'être égal à Dieu, mais lui résiste encore et s'élève au-dessus de tout ce qui est appelé Dieu, et adoré comme tel (*2 Thess. ii. 4*). C'est pourquoi si le cœur de celui qu'un démon de cette sorte entreprend de tenter, n'est éclairé par le vrai midi qui luit du haut du ciel, pour convaincre et découvrir le faux midi, il ne pourra point s'en donner de garde; le démon le tentera et le supplantera certainement par l'apparence du bien, tandis qu'il ne se défie de rien, et qu'il ne se tient pas sur ses gardes. Et ce midi est d'autant plus clair, c'est-à-dire, la tentation est d'autant plus forte, que le mal qu'elle présente paraît un plus grand bien.

Tentatio sous l'apparence du bien.

10. Que de fois, par exemple, n'a-t-il pas inspiré à certains religieux la pensée de devancer les veilles de la nuit, pour se jouer d'eux ensuite en les faisant dormir au chœur, pendant que leurs frères chantaient l'office; que de fois leur a-t-il fait prolonger leurs jeûnes, pour les rendre inutiles au service de Dieu, en les rendant faibles? Combien de fois, rempli d'envie contre ceux qui faisaient des progrès dans le monastère, leur a-t-il persuadé, sous prétexte d'une plus grande perfection, de s'en aller dans le désert, et les infortunés ont bientôt reconnu la vérité de cette parole qu'ils avaient lue avec si peu de fruit: « Malheur à celui qui est seul, car s'il tombe il n'y a personne qui le relève (*Eccles. iv, 10*) ». Que de fois en a-t-il excité au

Le démon trompe l'âme des âmes par cette apparence.

multi, et faciunt eos filios gehennæ duplo quam se. Cur hoc? nisi quia non est ibi merities et prespicua lux, ut liquido veritas cognoscatur, facileque pro ea recipitur falsitas propter veri similitudinem, quæ non facile in obscuro a vero discernitur, præsertim quia aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior? Et propterea quæso, ut indices mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie, id est in manifesto: ne seducta incipiam vagari post greges sodalium tuorum, quemadmodum et ipsi vagi sunt, nulla stabiles certitudine veritatis, semper discentes, et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Hæc Sponsa propter philosophorum et hæreticorum varia et vana dogmata.

9. Mihi vero videtur non solum propter ea, sed et propter dolos invisibilium potestatum, sicut sunt seductorii spiritus, sedentes in insidiis, et parantes sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde: propter hos, inquam, et maxime, videtur mihi illa merities optanda etiam nobis, ut clara luce deprehendamus astutias diaboli, atque angelum satanæ illum, qui se transfigurât in angelum lucis, ab angelo nostro facillime discernamus. Non enim aliter nos custodire sufficimus ab incurso et dæmonio meridiano, nisi in meridiano æquæ lumine. Quod quidem dæmonium idcirco meridiano dictum existimo, quia sunt aliqui de numero

malignorum, qui cum merito tenebrosæ obstinatæque voluntatis suæ nox et nox perpetua sint, diem tamen se ad fallendum simulare noverunt, nec modo diem, sed et meridiem: sicut eorum princeps non contentus esse æqualis Deo, etiam adversatur, et extollitur supra id quod dicitur, aut quod colitur Deus. Itaque nisi cordi illius, quem forte aliquod istiusmodi dæmonium meridiano tentandum acceperit, oriens ex alto illuxerit verus merities, qui falsum convincat et prodât; non poterit omnino caveri, sed tentabit et supplantabit sine dubio sub specie boni, pro bono scilicet malum incauto et improvido persuadens. Et tunc merities, id est major claritas, apparet, cum quasi boni majoris imaginem præfert.

10. Quoties, verbi causa, suggessit, anticipare vigilias, quo ad solemnia fratrum illuderet dormitanti? Quoties produci jejunia, ut divinis obsequiis eo inutilem redderet, quo imbecillum? Quoties bene proficientibus in cænobiis invidens, obtentu quasi majoris puritatis cremum pelere persuasit, et cognoverunt miseri tandem, quam verus sit sermo quem frustra legerant? *Væ soli, quoniam si ceciderit, non habet sublevantem?* Quoties ad opus manuum plus, quam opus fuerat, incitavit; et fractum viribus, cæteris regularibus exercitiis in validum reddidit? Quam multis exercitationem corporis (quæ

travail des mains plus qu'il ne fallait, et les a-t-il rendus, par leur faiblesse, incapables des autres exercices réguliers? A combien a-t-il persuadé d'embrasser avec trop d'ardeur les travaux corporels qui servent peu, selon l'Apôtre (I *Tim.* iv, 8), et les a-t-il rendus froids pour la piété? Vous en avez connu vous-même quelques-uns (je le dis à leur confusion) qui d'abord ne pouvaient être retenus, tant ils se portaient avec ardeur aux choses pénibles, et qui sont tombés ensuite dans une telle lâcheté, que, selon cette parole de l'Apôtre, après avoir commencé par l'Esprit, ils ont achevé par la chair (*Galat.* iii, 1), et ont fait une honteuse alliance avec leur corps, après lui avoir déclaré une guerre cruelle. Vous les voyez aujourd'hui, par un triste changement, chercher à contre-temps le superflu, après avoir refusé auparavant avec opiniâtreté le nécessaire. Après tout, je ne sais si ceux qui persistent ainsi dans leur obstination, font des abstinences indiscrettes, et, par une singularité blâmable, troublent ceux à qui ils doivent conformer leur conduite, puisqu'ils vivaient sous le même toit, je ne sais, dis-je, s'ils croient conserver la piété : pour moi, il me semble qu'ils s'en éloignent considérablement. Aussi, que ceux qui, se trouvant sages à leurs propres yeux, sont déterminés à n'acquiescer à aucun conseil, à aucun commandement, voient ce qu'ils répondront, non pas à moi, mais à celui qui a dit : « Résister à ses supérieurs, c'est presque un crime égal à la magie; et c'est une espèce d'idolâtrie de ne vouloir pas acquiescer à leurs ordres (I *Reg.* xv, 23). » Il avait dit auparavant : « L'obéissance vaut mieux que le sacrifice, et il vaut mieux obéir à ses supérieurs qu'offrir à Dieu la graisse des bœufs (*Ibid.*), » c'est-à-dire une

abstinence désobéissante. C'est pourquoi le Seigneur a dit par le Prophète : « Est-ce que je mangerai la chair des taureaux, ou boirai-je le sang des boucs (*Psal.* xxxix, 3)? » pour marquer que les jeûnes des superbes ou des impurs ne lui sont point agréables.

11. Mais je crains aussi, en condamnant les exagérations, de paraître lâcher la bride aux gourmands, et que ce que j'ai dit pour servir de remède aux uns, ne soit un poison pour les autres; aussi, que les uns et les autres apprennent qu'il y a quatre sortes de tentations que le Prophète nous signale en ces termes : « La vérité vous couvrira d'un bouclier impénétrable. Vous n'appréhendez point les frayeurs de la nuit, ni la flèche qui vole durant le jour, ni le trafic qui se fait dans les ténèbres, ni les attaques du démon du midi (*Psal.* xc, 5). » Que chacun ne laisse pas d'écouter, car j'espère que tous peuvent tirer quelque avantage de mes paroles. Nous tous, qui que nous soyons, qui nous sommes convertis au Seigneur, nous sentons et nous avons senti en nous ce que l'Écriture-Sainte a dit : « Mon fils, lorsque vous entrez au service de Dieu, demeurez ferme contre la crainte, et préparez votre âme contre la tentation (*Eccli.* ii, 1). » Ainsi, c'est la crainte qui, la première, agite les commencements de notre conversion, comme tout le monde l'a expérimenté, et cette crainte est causée par l'image affreuse que nous concevons de la vie étroite que nous sommes près d'embrasser, et par la rigueur de la discipline régulière à laquelle nous ne sommes point encore accoutumés. Or, cette crainte est appelée une « crainte de nuit, » soit parce que la nuit dans l'Écriture signifie ordinairement les adversités, ou parce que nous ne voyons

L'obéissance l'emporte sur les victimes.

Il y a quatre sortes de tentations.

Voir le VI sermon sur le psaume qui habitat.

Horreur d'une vie trop austère dans les novices.

juxta Apostolum ad modicum valet) non modicam, persuasit, et pietate fraudavit? Denique ipsi experti estis, quomodo quidam (ad verecundiam illorum dico) qui ante inhiberi non poterant, (ita in spiritu vehementi ad omnia ferebantur) post ad tantam ignaviam devenerunt, ut secundum illud Apostoli, cum spiritu cœperint, nunc carne consummentur : quam turpe iniere fœdus cum suis corporibus, quibus crudele ante indixerant bellum. Videas, pro pudor, importune superflua quæritare, qui prius necessaria obstinatissime recusabant. Quanquam si qui in sua forte invicti obstinatione perdurant, indiscretius abstinentes, et singularitate notabili conturbantes eos, cum quibus habitare debent unius moris in domo : haud scio sane an se existimont pietatem retinere, cum hujusmodi mihi videantur et longius abjecisse. Nam qui sapientes in oculis sui decreverunt apud se nec concilio acquiescere, nec præcepto; videant quid respondeant, non mihi, sed dicenti : *Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.* Præmiserat autem, quia melior est obedientia quam victima, et auscultare magis quam offerre adipem arietum, id est abstinentiam contumacium. Unde Dominus per Prophetam : *Numquid manducabo, ait,*

carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? significans minime sibi accepta fore jejunia superbiorum vel immundorum.

11. Sed sane vereor, ne damnantes superstitiosos, videamur frena laxare gulosis; et audiant illi ad periculum sui, quod ad remedium his dicitur. Quamobrem audite utraque pars, quatuor esse tentationum genera, et ipsa nobis ita prophetico sermone describi. *Scuto, inquit, circumdabit te veritas ejus : non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et dæmonio meridiano.* Attendite nihilominus et vos alii, quod omnibus spero profuturum. Illud omnes in nobis sentimus et sensimus qui conversi sumus ad Dominum, quod sancta Scriptura dicit : *Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in timore, et præpara animam tuam ad tentationem.* Itaque primordia nostræ conversionis, juxta communis quidem experientiæ rationem, primus exagitat timor, quem intrantibus stalim horror vitæ ingerit arctioris, et insuetæ austeritatis disciplinæ. Atque is timor nocturnus dicitur, vel quia nox in Scripturis designare solet adversa, vel quoniam propter quod adversa pati aggredimur, id nondum revelatum est. Si enim dies ille luceret, id cujus

Saint Bernard blâme ceux qui aiment à se singulariser. Voir les sermons XIX N. 7 et XXXVII.

tet et expedit ut præcedant, in quibus summam salutis constitui superior ratio declaravit. Et vide si non intuebatur, et si non docebat hunc ordinem qui dicebat : *Seminate vobis ad justitiam, metite spem vitæ*; et tunc demum *illuminate vobis*, ait, *lumen scientiæ*. Ultimam posuit scientiam, tanquam picturam, quæ statum habere nequeat super inane : et ideo illa duo præmisit et subjecit illi, tanquam si solidum aliquid picturæ substerneret. Securus jam intendam scientiæ, si vitæ prius per beneficium spei securitatem accepero. Tu ergo semisti tibi ad justitiam, si ex vera notitia tui evigilasti imere Deum, temetipsum humiliasti, fudisti lacrymas, eleemosynas profudisti, cæterisque te pietatis actionibus mancipasti, si jejuniis et vigiliis afflixisti corpus, si pectus tutionibus, cælos clamoribus fatigasti. Hoc si quidem seminare est ad justitiam. Semina sunt bona opera, bona studia; semina lacrymæ sunt. *Ibant*, inquit, *et flebant mittentes semina sua*. Sed quid? semper flebunt? Absit. Sed *venient cum exultatione portantes manipulos suos*. Merito *cum exultatione*, cum reportant manipulos gloriæ. At istud, inquis, in resurrectione in novissimo die, et est nimis longa expectatio. Noli animo frangi, noli deficere a pusillanimitate spiritus; habes interim de primitiis spiritus, quod ad præsens in exultatione metas. *Seminate*, ait, *vobis ad justitiam metite, spem vitæ*. Non te modo mittit ad diem novissimum, quando res jam erit in re, et non in spe; sed de præsentis loquitur. Pror-

sus magna lætitia et exultatio multa nimis, cum vita venerit.

3. Sed numquid tantæ lætitiaæ spes erit sine lætitia? *Spe gaudentes*, ait Apostolus. Et David non lætaturum, sed *lætatum* se dixit, quod in domum Domini se speraret iturum. Nondum vitam tenebat, sed spem profecto vitæ messuerat; atque in semetipso experiebatur veritatem Scripturæ perhibentis, quia non modo remuneratio, sed ipsa quoque *expectatio justorum lætitia*. Hanc parit in animo illius, qui sibi ad justitiam seminavit, præsumpta indulgentia delictorum : si tamen ipsam indulgentiam efficacia attestatur acceptæ gratiæ ad vivendum sanctius deinceps. Omnis in vobis qui hæc sentit intra se actitari, scit quid loquitur Spiritus, cujus vox atque operatio minime inter se unquam dissentiunt. Propterea ergo intelligit quæ dicuntur, quoniam quæ foris audit, intus sentit. Nam qui in nobis loquitur, operatur in vobis *unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult* : aliis quidem loqui, aliis autem operari quod bonum est.

4. Quisquis itaque vestrum post illa amara et lacrymosa conversionis suæ primordia respirasse in spem, atque in quoddam serenum supernæ consolationis pennis gratiæ sublevatum se evolasse lætatur; is profecto jam metit, suarum recipiens fructum temporaneum lacrymarum; et ipse vidit Deum, et audivit vocem dicentis : *Date ei de fructibus manuum suarum*. Nam quomodo

mes; il a vu Dieu et il l'a entendu dire: « Donnez-lui des fruits de ses œuvres (Prov. xxxi. 31). » Car comment celui qui a goûté et vu combien le Seigneur est doux n'aurait-il pas vu Dieu? Que celui-là, Seigneur Jésus, vous a trouvé plein de douceurs et de charmes, qui n'a pas seulement reçu de vous le pardon de ses péchés, mais encore le don de sainteté; et, pour comble de biens, la promesse de la vie éternelle! Heureux celui qui a déjà moissonné, qui jouit dès à présent des fruits d'une vie sainte, et jouira à la fin, de la vie éternelle. C'est avec raison que celui qui, en se voyant lui-même, a versé des larmes, et a été ravi de joie, lorsqu'il a vu le Seigneur, puisque la vue de sa souveraine bonté est cause qu'il a déjà enlevé tant de gerbes, je veux parler de la rémission de ses péchés, de sa sanctification et de l'espérance de la vie. Oh! que cette parole du Prophète est vraie: « Ceux qui sèment dans les larmes recueillent dans la joie (Psal. cxxv. 6)! » Il comprend par ces deux mots l'une et l'autre connaissance; celle de nous-mêmes, qui sème dans les larmes, et celle de Dieu, qui recueille dans la joie.

Il y a trois sortes de gerbes.

Toute science qui suppose la connaissance de Dieu et de soi-même n'est pas une science qui enfle.

5. Si donc nous commençons par cette double connaissance, la science que nous pouvons ajouter ensuite n'enfle point, parce qu'elle ne peut apporter aucun avantage, ni aucun honneur terrestre, qui ne soit beaucoup au-dessous de l'espérance que nous avons conçue, et de la joie que cette espérance nous donne, et qui est déjà profondément enracinée dans l'âme. Or l'espérance ne confond point, parce que l'amour de Dieu est répandu dans nos cœurs, par le Saint-Esprit qui nous a été donné. Et elle ne confond point, parce que cet amour nous remplit

de confiance et de certitude. Car c'est par l'amour que le Saint-Esprit nous rend témoignage que nous sommes enfants de Dieu. Que peut-il donc nous revenir de notre science, si grande qu'elle soit, qui ne se trouve beaucoup moindre que la gloire d'être mis au nombre des enfants de Dieu? Mais c'est trop peu dire. La terre même, et tout ce qu'elle contient, quand on en voudrait donner la possession à chacun de nous, ne mériterait pas d'être regardée en comparaison d'un si grand bien. Mais si nous ne connaissons pas Dieu, comment espérer en celui que nous ignorons? Et si nous ne nous connaissons pas nous-mêmes, comment serons-nous humbles, puisqu'en étant rien, nous croirons être quelque chose? Or, nous savons que ni les superbes, ni ceux qui n'espèrent point en Dieu, n'auront point de part ni de société dans le bonheur des saints.

L'espérance l'emporte sur la possession de tous les biens du monde.

L'espérance naît de deux connaissances.

6. Considérez donc maintenant avec moi, combien nous devons avoir soin de bannir de nous ces deux sortes d'ignorances, dont l'une produit le commencement, et l'autre la consommation de tout péché; comme au contraire des deux connaissances opposées, l'une engendre le commencement, et l'autre la perfection de la sagesse, l'une la crainte de Dieu, et l'autre son amour. Mais nous avons fait voir que tel est le fruit de ces deux connaissances, faisons voir maintenant quel est celui de ces deux ignorances. Car comme la crainte du Seigneur est le commencement de la sagesse, ainsi l'orgueil est le commencement de tout péché. Et comme l'amour de Dieu est la source de la sagesse (Eccles. x, 15), ainsi le désespoir est l'origine et la consommation de toute malice. De même si la connaissance de nous-mêmes produit en nous l'amour de Dieu, et

Combien il faut fuir l'ignorance de Dieu et celle de nous-mêmes.

non vidit Deum, qui gustavit et vidit, quoniam suavis est Dominus? Quam dulcem et suavem te sensit, Domine Jesu, cui a te non modo peccata donata sunt, sed et munus sanctitatis indultum est; neque id solum, sed et addita insuper ad cumulum honorum vitæ et æternæ promissio! Felix qui tantum jam messuit, habens interim quidem fructum suum in sanctificationem, finem vero vitam æternam! Merito qui se invento flevit, gavisus est viso Domino: ad cujus utique miserationis intuitum tantos jam levavit manipulos, remissionem, sanctificationem, spem vitæ. O quam verus est sermo qui in Propheta legitur: *Qui seminant in lacrymis, in exsultatione metent*. Ubi breviter comprehensa utraque cognitio est: et nostri quidem in lacrymis serens: quæ autem Dei, metens in gaudio.

5. Hac ergo in nobis germina præeunte notitia, jam ea quæ forte supercreverit scientia minime inflat, utpote quæ nihil afferre valeat terreni commodi vel honoris, quod non sit sane inferius spe concepta, lætitiæque spei jam altius radicata in animo. *Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis*. Ideo illa non confundit, quia ista infundit certitudinem. Per hanc enim ipse Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quod filii

Dei sumus. Quidnam igitur nobis de nostra quantacumque scientia provenire possit, quod non sit minus hac gloria, qua inter Dei filios numeramur? Parum dixi: nec respici in ejus comparatione potest orbis ipse et plenitudo ejus, etiamsi totus cedat unicuique nostrum in possessionem. Cæterum si nos ignorantia Dei tenet, quomodo speramus in eum quem ignoramus? si nostri, quomodo humiles erimus, putantes nos aliquid esse, cum nihil simus? Scimus autem nec superbis, nec desperatis partem esse vel societatem in sorte sanctorum.

6. Intuere ergo nunc mecum, quanta cura et sollicitudine ambas istas repellere a nobis ignorantias debeamus quarum omnis peccati altera initium parit, altera consummationem: sicut duarum e regione notitiarum initium sapientiæ una, perfectionem altera gignit: illa timorem Domini, ista charitatem. At istud de notitiis supra ostensum est. Nunc de ignorantibus vide. Etenim sicut initium sapientiæ timor Domini, sic initium omnis peccati superbia: et quomodo perfectionem sibi sapientiæ vindicat amor Dei, ita desperatio sibi omnem malitiæ consummationem. Et quemadmodum ex notitia tui venit in timor Dei, atque ex Dei notitia Dei itidem amor: sic e contrario de ignorantia tui superbia, ac de Dei ignorantia venit desperatio. Sic autem superbiam

la connaissance de Dieu, l'amour de lui-même, au contraire, l'ignorance de nous-mêmes produit l'orgueil, et l'ignorance de Dieu, le désespoir. Or l'ignorance de nous-mêmes engendre l'orgueil en nous, lorsque notre esprit trompé, et trompeur en même temps, nous fait croire que nous sommes meilleurs que nous ne sommes en effet. Car ce en quoi consiste l'orgueil, se trouve le commencement de tout péché, c'est lorsque nous sommes plus grands à nos yeux, que nous ne sommes devant Dieu, et dans la vérité : aussi l'Écriture en parlant de celui qui a commis le premier ce grand crime, c'est-à-dire du diable, dit-elle : « qu'il n'est point demeuré dans la vérité, mais qu'il a été menteur, dès le commencement (*Joan. viii, 44*) ; » En effet, il n'était pas dans la vérité, ce qu'il était dans sa pensée. Mais il s'était éloigné de la vérité en se voyant moindre et plus imparfait qu'il n'était effectivement, sans doute que son ignorance lui aurait servi d'excuse, on ne l'aurait point estimé superbe, et bien loin d'irriter Dieu par son crime, il aurait attiré sa grâce sur lui par son humilité. Car si nous connaissions clairement l'état où chacun de nous est devant Dieu, nous ne devrions avoir de nous-mêmes une estime ni trop haute ni trop basse, mais acquiescer en toute chose à la vérité. Mais puisqu'il nous a voulu cacher ce secret, et que personne ne sait s'il est digne d'amour ou de haine (*Eccles. ix*), il est plus juste sans doute et plus sûr, selon le conseil de la Vérité même, de choisir toujours la dernière place, d'où on nous tire ensuite pour nous faire monter plus haut avec honneur (*Luc. xiv, 10*), au lieu de prendre la première pour être obligé d'en descendre avec honte.

7. Il n'y a donc point de danger que vous vous

humiliez au delà même de ce que vous devriez, et que vous vous estimiez beaucoup moindre que vous n'êtes, c'est-à-dire que la vérité ne vous estime. Mais il y a un grand mal et un horrible danger à vous élever le moins du monde au dessus de ce que vous êtes selon la vérité, à vous préférer en vous-même à un seul que peut-être la vérité juge vous être égal, ou même supérieur. Car, pour vous faire comprendre ceci par un exemple familier, de même que lorsque vous passez par une porte basse, quelque profondément que vous vous baissiez, vous n'avez rien à craindre, au lieu que, si peu que vous vous élevez plus haut que la porte, quand ce ne serait que d'un doigt, vous en recevez un grand mal, et vous mettez en danger de vous blesser rudement la tête; ainsi, pour ce qui regarde l'âme, il ne faut jamais craindre de trop vous humilier, mais il faut appréhender extrêmement, et même redouter avec frayeur de vous élever tant soit peu plus qu'il ne faut. C'est pourquoi ne vous comparez jamais à de plus grands ni de moindres que vous, ni à quelques-uns, ni même à un seul. Car, que savez-vous, ô homme, si celui que peut-être vous estimez le plus vil et le plus misérable des hommes, dont vous abhorrez la vie infâme et souillée de crimes, que vous croyez, à cause de cela, devoir mépriser en comparaison de vous, qui pensez peut-être vivre déjà dans la tempérance, dans la justice et dans la piété, et que vous tenez en comparaison de tous les autres scélérats, comme le plus scélérat des hommes, que savez-vous, dis-je, si par un coup de la main du très-haut, il ne doit point être un jour au regard des hommes meilleur que vous, et que ceux que vous lui préférez, où s'il ne l'est point déjà au regard de Dieu? Aussi, est-ce pour ce sujet qu'il n'a pas voulu que

Nul ne doit se comparer ou se préférer aux autres.

Pourquoi l'humilité est nécessaire; belle idée de l'humilité.

parit tibi ignorantia tui, cum meliorem quam sis, decepta et deceptrix tua cogitatio te esse mentitur. Hoc quippe est superbia, hoc initium omnis peccati, cum major es in tuis oculis quam apud Deum, quam in veritate. Et ideo qui primus peccavit hoc grande peccatum, (diabolum loquor) de ipso dictum est, quia *in veritate non stetit, sed mendax est ab initio* : quoniam quod in sua fuit cogitatione, non fuit in veritate. Quid si in eo discordaret a veritate, ut minorem se inferiorumque putaret, quam veritas haberet? Excusaret eum sua procul dubio ignorantia, et minime reputaretur superbus, nec tam inveniretur iniquitas ejus ad odium quam humilitas fortassis ad gratiam. Si enim in quoniam statu unumquemque nostrum habeat Deus liquido cognosceremus, nec supra sane, nec infra sed cedere deberemus, veritati in omnibus acquiescentes. Nunc autem quia concilium hoc posuit tenebras latibulum suum, et sermo absconditus est a nobis, ita ut nemo sciat si dignus sit amore, vel odio : justius tutiusque profecto, juxta ipsius Veritatis concilium, novissimum nobis locum elegimus, de quo postmodum cum honore superius educamur, quam præsumimus altiores unde cedere mox oporteat cum rubore.

7. Non est ergo periculum, quantumcumque te humilias, quantumcumque reputes minorem quam sis, hoc est quam te veritas habeat. Est autem grande malum, horrendumque periculum, si vel modice plus vero te extollas, si vel uni videlicet in tua cogitatione te præferas, quem forte parem tibi Veritas judicat, aut etiam superiorem. Quemadmodum enim si per ostium transeas, cujus superliminare (ut ad intelligentiam loquar) nimium bassum sit, non nocet, quantumcumque te inclinaveris ; nocet autem, si vel transversi digiti spatium plus quam ostii patitur mensura, erexeris, ita ut impingas, et capite quassato collidaris : sic in anima non est plane timenda quantalibet humiliatio, horrenda autem nimiumque pavenda vel minima temere præsumpta erectio. Quamobrem noli te, homo, comparare majoribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli uni. Quid scis enim, o homo, si unus ille, quem forte omnium vilissimum atque miserrimum reputas, cujus vitam sceleratissimam ac singulariter fœdissimam horres ; et propterea illum putas spernendum non modo præ te, qui forte jam sobrie, et juste, et pie vivere te considis, sed etiam præ cæteris omnibus sceleratis tanquam omnium sceleratissimum : quid scis, inquam, si melior et

nous choisissons une place au milieu, non pas même à l'avant-dernier rang ou parmi les derniers, et qu'il a dit : « Asseyez-vous à la dernière place (Luc. xiv, 10), » c'est-à-dire placez-vous le dernier de tous, non-seulement ne vous préférez à personne, mais ne présumez pas même de vous comparer à qui que ce soit. Vous voyez quel grand mal cause l'ignorance de nous-mêmes, puisqu'elle produit le péché du diable, et le commencement de tout péché, qui est l'orgueil. Nous verrons une autre fois ce que produit aussi l'ignorance de Dieu. Car, comme nous nous sommes réunis aujourd'hui un peu tard, le peu de temps qui nous reste ne nous permet pas d'entamer cette matière. Qu'il suffise à chacun de nous maintenant, d'être averti de ne pas se méconnaître soi-même, non-seulement par ce discours, mais aussi par la grâce et la bonté de l'époux de l'Église, Jésus-Christ Notre Seigneur, qui est Dieu par dessus toutes choses et béni dans tous les siècles. Ainsi soit-il.

SERMON XXXVIII.

En quel sens l'Épouse est appelée la plus belle des femmes.

1. Que produit donc l'ignorance de Dieu? Car c'est par où il faut que je commence, puisque, si vous vous en souvenez bien, nous en sommes demeurés là hier. Que produit-elle donc? Nous avons déjà dit que c'est le désespoir; mais voyons comment elle le produit. Un homme revenant à soi, et concevant un déplaisir sensible de tout le mal qu'il a commis, pensera peut-être à se convertir, et à

sortir du mauvais chemin où il est et des dérèglements d'une vie sensuelle. Mais, s'il ignore combien Dieu est bon, combien il est doux et favorable, combien il est enclin à pardonner, sa pensée charnelle ne le reprendra-t-elle pas aussitôt, et ne lui dira-t-elle pas : Que faites-vous? Voulez-vous perdre cette vie avec l'autre? Vos péchés sont trop grands et trop nombreux. Quand vous déchireriez tout votre corps, cela ne suffirait pas pour les expier. Votre complexion est délicate; vous avez toujours vécu jusqu'ici dans la mollesse; vous aurez bien de la peine à surmonter une si longue habitude. Et cet infortuné, désespéré par ces pensées et autres semblables, retourne à ses premiers désordres, ne sachant pas avec combien de facilité le Tout-Puissant, qui ne veut perdre personne, romprait tous ces obstacles. Puis il tombe dans l'impénitence, qui est le plus grand de tous les crimes, un blasphème irrémissible. Il se trouble, et il est accablé par une horrible tristesse, et par une mélancolie noire et profonde, dont il ne peut plus se retirer pour recevoir aucune consolation, suivant cette parole : « Lorsque l'impie est arrivé au comble des maux, il méprise tout (Prov. viii, 3). » Ou du moins s'aveuglant sur son mal, et se flattant de quelque raison plausible, il se jette de nouveau pour jamais dans le siècle, pour y jouir de toute sorte de délices, et ne garder plus ni règle ni mesure dans l'assouvissement de ses désirs. Mais, lorsqu'il croira être en paix et en assurance, il se trouvera surpris par une ruine aussi soudaine que les douleurs d'une femme grosse, et il ne pourra échapper. Voilà comment l'ignorance de Dieu produit la consommation de toute malice, qui est le désespoir.

Cause et effet du désespoir.

L'ignorance de Dieu engendre le désespoir.

te, et illis mutatione dexteræ Excelsi in se quidem futurus sit, in Deo vero jam sit? Et propterea non mediocrem, non vel penultimum, non ipsum saltem inter novissimos eligere locum nos voluit : *recumbe*, inquit, *in novissimo loco* : ut solus videlicet omnium novissimus sedeas, teque nemini, non dico præponas, sed nec comparare præsumas. En quantum malum venit de ignorantia nostri, utique peccatum diaboli, et initium omnis peccati, superbia. Quid etiam Dei parturiant ignorantia, alias videbimus. Nam nunc horæ brevitatis non permittit, quoniam hodie tarde convenimus. Itaque sufficiat unumquemque modo, ne seipsum ignoret, admonitum esse, non solum sermone nostro, sed ipsius quoque dignatione sponsi Ecclesiæ Jesu-Christi Domini nostri, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO XXXVIII.

Qualiter ex ignorantia Dei nascitur desperatio, et qualiter Sponsa dicatur pulchra inter mulieres.

1. Quid igitur Dei ignorantia parturit? Nam hinc incipiendum est, sicut recordamini hic heri fuisse terminatum. Quid itaque parturit? Diximus desperationem;

sed quonam modo, dicamus. Forte aliquis reversus in se, et displicens sibi in omnibus malis quæ fecit, cogitansque resipiscere, et redire ab omni via mala et carnali conversatione sua; si ignorat, quam sit bonus Deus, quam suavis et mitis, et quam multus ad ignoscendum: nonne sua carnalis cogitatio arguet eum, et dicet: Quid facis? Et vitam istam vis perdere, et futuram? Peccata tua maxima sunt, et nimium multa: nequaquam pro tot et tantis, nec si te excories, sufficies satisfacere. Complexio tenera est, vita exstitit delicata, consuetudinem difficile vinces. Pro his et similibus desperatus resilit miser, ignorans quam facile omnipotens Bonitas, quæ neminem vult perire, cuncta ista dissolveret: sequiturque impenitentia, quæ est delictum maximum, et blasphemia irremissibilis. Ipse vero aut conturbatus nimia tristitia absorbetur, et fertur in profundum, minime jam ut consolationem recipiat, emersurus, sicut scriptum est, *Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit*: aut certe dissimulans, et sibi qualicumque veri simili blandiens ratione, revocat se irrevocabiliter in sæculum, ad perfuendum et deliciandum in omnibus bonis ejus, quoad licuerit. Cum autem dixerit, Pax et securitas, tunc repentinus ei superveniet interitus, sicut dolor in utero habentis, et non effugiet. Ita ergo et de

* al. omnipotens qui.

Pourquoi
l'Épouse
a-t-elle été
réprimandée

Ne vouloir
point se con-
vertir c'est
ignorer Dieu.

Différents
motifs allé-
gués par ceux
qui ne veu-
lent
point se con-
vertir.

2. L'Apôtre dit que quelques-uns ignorent Dieu. Mais moi je dis que tous ceux qui ne veulent point se convertir à lui ignorent Dieu (I *Cor.* xv, 34). Car ils ne refusent sans doute de le faire, que parce qu'ils se le représentent sévère et rigoureux, quand il est bon, et inexorable quand il est plein de miséricorde; cruel et terrible quand il est aimable; et l'iniquité se ment à elle-même en se formant une idole au lieu de ce qu'il est en effet. Gens de peu de foi, que craignez-vous? Qu'il ne veuille pas remettre vos péchés? Ne les a-t-il pas attachés à la croix avec ses mains? Vous êtes tendres et délicats, il est vrai, mais ne connaît-il pas la faiblesse de notre nature? Vous avez de mauvaises habitudes, et vous êtes liés par l'habitude du péché, comme avec de fortes chaînes; mais le Seigneur n'a-t-il pas brisé les liens des captifs (*Psal.* cxlv, 8)? Vous appréhendez peut-être qu'étant irrité contre vous, de l'énormité et de la multitude de vos crimes, il ne tarde à vous tendre une main secourable. Mais sachez qu'ordinairement la grâce surabonde où le péché a abondé (*Rom.* v, 20). Est-ce que vous êtes en peine pour le vêtement, la nourriture et les choses nécessaires au corps, et cela vous empêche-t-il d'abandonner vos biens? Mais ne sait-il pas que vous avez besoin de toutes ces choses (*Matt.* vi, 32)? Que voulez-vous donc davantage? Qu'est-ce qui, maintenant, fait obstacle à votre salut? C'est ce que je dis, vous ne connaissez pas Dieu, et vous ne voulez pas en croire notre parole. Je voudrais bien que vous crussiez au moins ceux qui ont l'expérience de ce qu'ils vous disent. Car, si vous ne croyez, vous n'aurez jamais la véritable intelligence. Mais la foi n'est pas donnée à tout le monde.

3. Dieu nous garde de penser que ce soit cette sorte d'ignorance que l'Épouse est avertie d'éviter, elle qui n'a pas seulement une grande connaissance de son Époux et de son Dieu, mais qui jouit encore de son amitié et de sa familiarité particulières, mérite qu'il l'honore souvent de ses chastes baisers et de la douceur de son entretien, et qui maintenant même lui demande si librement où il paît son troupeau et où il se repose à midi. En quoi elle ne désire pas de le connaître lui-même, mais de connaître le lieu où réside sa gloire, quoique, à vrai dire, le lieu où il réside et sa gloire ne soient pas une chose différente de lui-même. Mais il trouve à propos de la reprendre à cause de sa présomption, et de l'avertir de se connaître elle-même, ce qu'elle semble ne pas faire assez, puisqu'elle s'est jugée capable d'une si grande vision, soit parce que l'excès de son amour l'empêchait de considérer qu'elle était dans un corps mortel, ou parce qu'elle espérait, mais inutilement, pouvoir, dans ce corps même, approcher d'une lumière inaccessible. Elle est donc rappelée incontinent à elle-même; elle est convaincue d'ignorance; elle est punie de sa témérité. « Si vous ne vous connaissez pas, dit-il, sortez. » Cet Époux tonne contre sa bien-aimée, non comme Époux, mais comme Maître, non qu'il soit en colère, mais parce qu'il veut la purifier en l'effrayant, et la rendre capable, par ce moyen, de la vision après laquelle elle soupire. Car elle est réservée pour ceux qui ont le cœur pur.

4. Or, ce n'est pas sans raison qu'au lieu de l'appeler simplement belle, il dit : « Belle parmi les femmes, » c'est-à-dire belle d'une certaine façon; c'est pour l'humilier encore davantage, et afin qu'elle sache ce qui lui manque. Car je crois qu'en

ignorantia Dei universæ malitiæ consummatio venit, quæ est desperatio.

2. Apostolus dicit, quod ignorantiam Dei quidam habent. Ego autem dico omnes ignorare Deum, qui nolunt converti ad Deum. Neque enim ob aliud procul dubio reuunt, nisi quia gravem et severum imaginantur, qui pius est; durum et implacabilem, qui misericors est; ferum et terribilem, qui amabilis est: et mentitur iniquitas sibi, formans sibi idolum pro eo quod non est ipse. Quid timetis modicæ fidei? ut peccata nolit remittere? Sed affixit ea cruci cum suis manibus. Quod teneri et delicati estis? Sed ipse novit signum nostrum. Quod male assueti, et ligati peccandi consuetudine? Sed *Domivus solvit compeditos*. Forte ne irritatus immanitate et multitudine criminum, cunctetur porrigere manum adjutorii? Sed ubi abundavit delictum, superabundare et gratia consuevit. An de vestimento solliciti estis, vel cibo, cæterisque corpori vestro necessariis; et propterea cunctamini relinquere vestra? Sed scit quia his omnibus indigetis. Quid vultis amplius? quid jam impedit a salute? Sed hoc est quod dico: Deum ignoratis, sed nec creditis auditui nostro. Vellem vos vel expertis credere, quia nisi credideritis, non intelligetis. Sed non est omnium fides.

3. Absit autem ut de tali, hoc est de Dei ignorantia, Sponsam commonitam sentiamus, quæ tanta sponsi familiaritate donata est, ut ejus crebra colloquia et oscula mereretur, et nunc familiari ausu loquitur: *Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie*. Ubi sane non ipsum, sed locum habitationis gloriæ ejus sibi indicari requirit: quanquam non aliud ipse, et alius locus ejus vel gloria. Sed reprimenda censetur propter præsumptionem, et de sua ipsius commonenda cognitione, in qua nimirum visa est aliquatenus caligare, quæ tantæ se æstimavit idoneam visioni: sive minus attendens præ excessu suo, quod esset in corpore: sive frustra sperans etiam manentem in corpore ad illam se posse inaccessiblei accedere claritatem. Ergo ad seipsam protinus revocatur, et ignorantia vincitur, et insolentia castigatur. *Si ignoras te*, inquit, *egredere*. Terribiliter Sponsus intonat in dilectam, non tanquam sponsus, sed tanquam magister; et non quasi iratus, sed ut territa purgaretur; purgata idonea redderetur huic ipsi, cui inhiat, visioni. Mundicordibus nempe illa visio sequestratur.

4. Pulchre autem pulchram, non omnimodo quidem, sed pulchram inter mulieres eam dicit, videlicet cum distinctione: quatenus et ex hoc amplius reprimat.

Le nom de femmes signifie ici les âmes charnelles.

Ce qui fait la beauté d'une âme c'est d'être spirituelle.

ce lieu le nom de femmes signifie les âmes charnelles et mondaines, qui n'ont rien de mâle et ne font rien paraître de généreux et de constant dans leurs actions, mais dont toute la vie et les mœurs sont lâches, molles et efféminées. Mais, bien que l'âme spirituelle soit déjà belle, puisqu'elle ne marche pas selon la chair, mais selon l'esprit, cependant comme elle est encore dans un corps mortel, elle n'a pas atteint la perfection de la beauté, et ainsi elle n'est pas belle absolument; elle est belle parmi les femmes, c'est-à-dire parmi les âmes terrestres, qui ne sont pas spirituelles comme elle; non point parmi les Anges, les Vertus, les Puissances et les Dominations. C'est de la même manière qu'un des patriarches fut appelé autrefois juste dans sa race (*Gen. vi. 9*), c'est-à-dire plus juste que tous ceux de son temps et de sa race; que Thamar fut justifiée par Juda (*Gen. xxxviii. 6*), c'est-à-dire plus juste que Juda, que l'Évangile a dit, que le Publicain descendit justifié du temple, mais justifié en comparaison du Pharisien (*Luc. xviii. 14*), et que l'illustre Jean fut autrefois loué d'une manière singulière comme n'ayant personne au dessus de lui (*Luc. vii. 28*), mais seulement parmi les enfants des femmes, non pas entre les chœurs des esprits célestes. C'est ainsi que l'Épouse est appelée belle, elle ne l'est qu'en comparaison des femmes, non des bienheureux.

5. Qu'elle cesse donc tant qu'elle n'est encore que sur la terre, de rechercher avec trop de curiosité ce qui est dans le ciel, de peur que, voulant sonder la majesté de Dieu, elle ne soit accablée sous le

poids de sa gloire. Qu'elle cesse dis-je, tant qu'elle est parmi les femmes, de s'enquérir des choses qui se passent parmi ces puissances sublimes, et qui ne sont connues que d'elles seules, parce qu'étant toutes célestes, il n'est permis de les voir qu'aux seuls esprits célestes. Cette vision dit-il, que vous demandez qu'on vous montre, ô mon épouse, est infiniment élevée au-dessus de vous, et vous n'êtes pas assez forte maintenant, pour soutenir l'éclat de la clarté où je fais ma demeure, et qui est égale à celle du soleil à son midi. Car vous avez dit : « Apprenez-moi où vous paissez votre troupeau, où vous reposez durant le midi. » Être portée dans les nues, pénétrer la plénitude de la clarté, percer l'abîme des splendeurs, et habiter une lumière inaccessible, ce sont des choses qui ne sont pas possibles, tant que vous êtes dans ce corps mortel. Cette félicité vous est réservée pour la fin des temps, lorsque je vous ferai paraître devant moi, revêtue de gloire, sans tache ni ride, exempte de quelque autre défaut que ce puisse être. Ne savez-vous pas que tant que vous demeurez dans ce corps, vous êtes exilée de la lumière ? Comment n'étant pas encore toute belle, croyez-vous être capable de regarder la source de toute beauté ? Comment enfin demandez-vous de me voir dans ma clarté, vous qui ne vous connaissez pas encore vous-même ? Car ce corps de corruption ne peut lever les yeux, ni les fixer sur cette lumière éclatante, que les anges désirent sans cesse contempler. Il viendra un temps, et ce sera lorsque je viendrai juger le monde, que vous serez tout à fait belle, comme je

Tant que l'âme est dans son corps de mort, elle est inhabile à la vision intuitive de Dieu.

et sciat quid desit sibi. Ego enim puto mulierum nomine hoc loco appellatas animas carnales ac sæculares, nihil in se virile habentes, nihil forte aut constans in suis actibus demonstrantes, sed totum remissum, totum femineum et molle quod vivunt, et quod agunt. Spiritualis autem anima, etsi inde jam pulchra quod non secundum carnem ambulat, sed secundum spiritum; ex eo tamen quod adhuc in corpore vivit, citra perfectum adhuc pulchritudinis proficit : hoc proinde non pulchra omni modo, sed pulchra inter mulieres, id est inter animas terrenas, et quæ non sunt, sicut ipsa, spirituales, non autem inter angelicas beatitudines, non inter Virtutes, Potestates, Dominations. Sicut Patrum aliquis olim inventus et dictus est *justus in generatione sua*, id est præ omnibus sui temporis suæque generationis; et Thamar justificata perhibetur ex Juda, hoc est præ Juda : et in Evangelio Publicanus descendisse refertur de templo justificatus, sed justificatus a Pharisæo : et quomodo magnus ille Joannes magnifice quondam commendatus est, quod videlicet superiorem non haberet, sed hoc inter natos mulierum, non autem inter choros beatorum cælestiumque spirituum : ita et Sponsa modo dicitur pulchra, sed interim adhuc inter mulieres, et non inter cælestes beatitudines.

5. Desinat proinde, quandiu in terris est, quæ in cælis sunt curiosius investigare, ne forte scrutatrix ma-

jestatis opprimatur a gloria. Desinat, inquam, donec inter mulieres versatur, inquirere quæ apud sublimes illas sunt potestates, solis ipsis perspicua, solis licita, tanquam cælestibus cælestia ad videndum. Mirabilis facta est, inquit, visio ista ex te, o Sponsa, quam tibi postulas demonstrari : nec modo prævalens intueri meridianam et miram, quam inhabito, claritatem. Dixisti enim : *Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie*. Sed enim induci in nubes, penetrare in plenitudinem luminis, irrumpere claritatis abyssos, et lucem habitare inaccessiblei, nec temporis est hujus, nec corporis. Id tibi in novissimis reservatur, cum te mihi exhibuero gloriosam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi. An nescis quia quandiu vivis in hoc corpore, peregrinaris a lumine ? Quomodo quæ necdum tota pulchra es, idoneam te existimas universitatem pulchritudinis intueri ? Quomodo denique quæris in mea claritate videre, quæ adhuc ignoras te ? Nam si te plenius nosset, scires utique, corpore quod corrumpitur aggravatam nullatenus posse attollere oculos, et figere in illum fulgorem, in quem prospicere angeli concupiscunt. Erit, cum apparuero, quod tota pulchra eris, sicut ego pulcher sum totus : et similima mihi, videbis me sicuti sum. Tunc audies, *Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te*. Nunc vero, etsi ex parte tamen dissimilis, contenta esto ex parte cognoscere. Teipsam attende, et

suis tout à fait beau, et alors étant complètement semblable à moi, vous me verrez tel que je suis. Alors vous entendrez ces paroles : « Vous êtes toute belle, ma bien-aimée, et il n'y a point de tache en vous (*Cant.* iv, 7). » Mais maintenant que vous n'êtes encore semblable à moi qu'en partie, faites un retour sur vous-même ; n'aspirez point à des choses qui vous surpassent, et ne veuillez point pénétrer ce qui est au dessus de votre portée (*Eccl.* xiii, 22). Autrement, si vous ne vous connaissez pas, ô la plus belle de toutes les femmes, car je ne vous appelle pas belles simplement, mais belle entre les femmes, c'est-à-dire en partie ; mais lorsque ce qui est parfait sera arrivé, ce qui est encore imparfait s'évanouira. Si donc, vous ne vous connaissez pas. Mais nous avons dit ce qui suit, il n'est pas besoin de le répéter. Je vous avais promis de vous dire quelque chose d'utile sur la double ignorance : si vous trouvez que je ne l'ai pas fait, ne m'en veuillez pas, ce n'est pas manque de bonne volonté. J'en ai assez Dieu merci, mais l'effet ne suit qu'autant que l'Époux de l'Église Jésus-Christ Notre-Seigneur, daigne m'en faire la grâce par sa bonté pour votre édification, lui qui est Dieu par dessus toutes choses, et béni à jamais. Ainsi soit-il.

SERMON XXXIX.

Des chariots de Pharaon, qui est le diable, et des princes de son armée qui sont la malice, l'intempérance et l'avarice.

1. « Je vous ai comparé, mon amie, à mon armée environnée des chariots de Pharaon (*Cant.* i, 5). » Avant toutes choses, nous reconnaissons vo-

lontiers dans ces paroles, que l'Église a été figurée dans les patriarches de l'ancienne loi, et que le mystère de la rédemption y a été montré par avance. Dans la sortie d'Israël hors d'Égypte, et dans le double miracle de la mer Rouge, qui donna passage au peuple de Dieu, et en même temps le vengea de ses ennemis, la grâce du baptême est clairement exprimée, parce que le baptême sauve les hommes, et submerge les crimes. « Tous, dit l'Apôtre, ont été sous la nuée, et ont été baptisés sous la conduite de Moïse dans la nuée et dans la mer Rouge (*1 Cor.* i, 2) ». Mais il faut qu'à notre ordinaire, nous marquions la suite des paroles du Cantique, et montrions la liaison qu'elles ont avec ce qui précède ; après cela nous tâcherons d'en tirer quelque chose d'utile pour les mœurs. Ainsi, après avoir réprimé la présomption de l'Épouse d'un ton de voix dur et sévère, ne voulant pas la plonger dans la tristesse, il lui remet en mémoire quelques biens qu'elle avait déjà reçus, et lui en promet de nouveaux. Il l'appelle « belle » de nouveau, et la nomme son « amie : » si je vous ai parlé un peu rudement, mon amie, dit l'Époux, ne croyez pas que ce soit par aversion, ou par aigreur, les dons que je vous ai prodigués et dont je vous ai ornée sont des preuves évidentes de mon amour. Je n'ai pas dessein de vous les ôter, mais plutôt de vous en donner de plus grands. Ou bien ne vous fâchez point, mon amie, de ce que vous ne recevez pas présentement ce que vous demandez, puisque vous avez déjà reçu de moi des grandes faveurs, et en recevrez encore de plus grandes, si vous accomplissez mes préceptes, et persévérez dans mon amour. Voilà pour la suite de la lettre.

Liaison du texte.

2. Maintenant voyons les choses qu'il dit lui

Figures du baptême.

altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutata fueris. Alioquin si ignoras te, o pulchra inter mulieres, (nam et ego te dico pulchram, sed inter mulieres, hoc est ex parte : *cum autem venerit quod perfectum est, tunc evacuabitur quod ex parte est.*) Si ergo ignoras te. Sed quæ sequuntur, dicta sunt, et non oportet iterum dici. Promiseram me de duplici ignorantia utiliter disputaturum : si quominus implese videor, date veniam volenti. Nam velle adjacet mihi, perficere autem non inuenio, nisi quantum sua benignitate ad vestram ædificationem largiri dignabitur sponsus Ecclesiæ Jesus-Christus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO XXXIX.

De curribus Pharaonis, id est diaboli, et de principibus exercitus, qui sunt malitia, luxuria, et avaritia.

1. *Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.* Ante omnia in his verbis libenter accipimus Ecclesiæ typum in Patribus præcessisse, et nostræ sacramenta salutis præostensa esse. In exitu Israel de Ægypto, geminoque illo admirabili maris obsequio, et

transitum scilicet populo dantis, et ultionem de hostibus baptismi gratia eviderter exprimitur, salvantis homines et crimina submergentis. *Omnes*, inquit, *sub nube fuerunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari.* Sed oportet consequentiâ, sicut solemus, signare verborum, et sequentia prioribus copulare et ita demum elicere suave quippiam, si possumus, quod prosit moribus instruendis. Ubi itaque Sponsæ præsumptio dura et austera increpatione repressa est ; ne tristior remaneret, bona illi aliqua, quæ jam acceperat, ad memoriam reducuntur, et aliqua, quæ nondum acceperat, promittuntur : sed et pulchra denuo perhibetur, et appellatur amica. Quod tibi, inquit, dure locutus sum, amica mea, nulla in me tibi suspicio sit odii vel rancoris. Nam signa amoris mei in te evidentia sunt ipsa mea munera, quibus te honoravi et ornavi. Nec mihi animi est illa retrahere, sed magis addere ampliora. Vel sic : Non ægre feras, amica mea, minime te accipere modo quod postulas, quæ tanta a me jam accepisti : et majora horum accipies, si in præceptis meis ambulaveris. et in amore meo perseveraveris. Hæc pro litteræ consequentia.

2. Nunc jam videamus, qualia sint quæ se donasse

avoir données. Premièrement, il l'a rendue semblable à son armée environnée des chariots de Pharaon, en la délivrant du joug du péché, par la destruction de toutes les œuvres de la chair, de même que le peuple juif fut délivré de la servitude de l'Égypte, quand les chariots de Pharaon furent renversés et submergés dans la mer Rouge (*Exod.* xiv, 28). Cette grâce sans doute est bien grande ; et je crois ne pas commettre une folie, en me glorifiant de l'avoir aussi reçue, puisque en cela je ne dirai rien qui ne soit véritable, je le confesse donc, et je le confesserai sans cesse, si le Seigneur ne m'eût assisté, il s'en eût peu fallu que mon âme ne tombât dans l'enfer (*Psal.* lxxxiii, 17). Je ne suis ni ingrat ni oublieux, je chanterai éternellement les miséricordes du Seigneur (*Psal.* xcii, 1). Mais laissons là la ressemblance que j'ai avec l'Épouse. Après qu'elle a été ainsi délivrée par une bonté singulière de l'Époux, elle devient son amie et elle est revêtue d'une beauté incomparable comme Épouse du Seigneur ; mais cette beauté n'est encore que sur les joues et sur le cœur. De plus, il lui promet des colliers pour la parer, et des pendants d'oreilles d'or, comme étant plus gracieux, et marquetés d'argent pour être plus beaux. Qui n'aimerait l'ordre même de ces dons ? D'abord elle est délivrée, ensuite elle est aimée, puis elle est baignée et purifiée, et enfin on lui promet de riches et magnifiques parures.

3. Je ne doute point que quelques uns de vous ne sentent déjà en eux-mêmes ce que je dis, et ne me préviennent par l'expérience qu'ils en ont. Mais je me souviens de ce mot du Prophète : « Vos paroles répandent la lumière, et donnent

l'intelligence aux simples et aux petits (*Psal.* cxviii, 130). » Et c'est pour eux, je crois, qu'il est à propos d'expliquer ceci avec un peu plus d'étendue. Car l'esprit de sagesse est doux, et il aime un maître doux et diligent, qui, tout en s'efforçant de contenter ceux qui sont prompts à comprendre, ne dédaigne pas de condescendre à la faiblesse de ceux qui ont l'esprit plus lent. D'ailleurs la sagesse même a dit : « ceux qui me rendent claire, auront la vie éternelle (*Eccli.* xxiv, 31). » Je serais bien fâché d'être privé de cette récompense. Après tout, dans les choses qui me paraissent faciles, il y en a souvent de cachées, et telles, qu'il n'est pas superflu de les expliquer avec soin aux plus capables et aux plus pénétrants.

4. Mais considérez la comparaison de Pharaon et de son armée avec la cavalerie du Seigneur. On ne compare pas ces deux armées entre elles, mais on les compare toutes deux à une autre chose, car quel rapport y a-t-il entre la lumière et les ténèbres, et quel rapprochement entre le fidèle et l'infidèle ? L'Époux compare sans doute l'âme sainte et spirituelle, à l'armée du Seigneur ; Pharaon au diable, et les armées de l'un à celles de l'autre. Vous ne serez pas étonnés qu'une âme soit comparée à une armée entière, lorsque vous considérerez les armées de vertus qui se trouvent dans cette âme sainte, quel ordre règne dans ses mouvements, quelle discipline dans ses mœurs, quelle force dans ses prières, quelle vigueur dans ses actions, quelle ferveur dans son zèle ; et enfin quels combats elle livre à ses ennemis, et combien elle remporte de victoires sur eux. Aussi lisons-nous dans la suite de ce Cantique, qu'elle « est terrible comme une

commemoratur. Et primum quidem est, quod eam assimilavit equitatu suo in curribus Pharaonis, liberando utique a jugo peccati, mortificatis universis operibus carnis, quemadmodum ille populus liberatus est a servitute Ægypti, subversis et submersis cunctis curribus Pharaonis. Id quidem miseratio maxima, in qua ego quoque si gloriari voluero, non ero insipiens : veritatem enim dicam. Fateor et fatebor : *Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea.* Non sum ingratus, non sum oblitus : misericordias Domini in æternum cantabo. Verum hactenus mihi cum Sponsa. De reliquo, illa singulari dignatione, postquam liberata est, adsciscitur in amicam, decorem induitur tanquam Domini sponsa, inferim tamen in genis duntaxat et in collo. Ad hæc illi promittuntur murenulæ pro ornatu ; ipsæque aureæ pro pretio, sed et distinctæ argento pro decore. Cui non admodum placeat ordo ipse donationum ? Primum misericorditer liberatur, secundo dignanter adamatur, tertio benignè abluatur et purgatur, postremo optimi ornamentum accipit promissionem.

3. Non ambigo quosdam jam vestrum in semetipsis recognoscere quæ dicuntur, proprioque experimento comanitos ad intelligentiam prævolare. Sed sâne

memor versiculi illius, *Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis ;* pro hujusmodi dignum duco eadem modice latius explananda. Benignus est enim Spiritus sapientiæ, et placet illi doctor benignus et diligens, qui ita cupiat satisfacere studiosis, ut morem gerere tardioribus non recuset. Denique *qui elucidant me, vitam æternam habebunt,* ait ipsa Sapientia : quo quidem præmio ego fraudari noluerim. Quanquam in his etiam quæ plana videntur, quandoque talia latent, quæ ipsis quoque, qui capaciores videntur et prævolantes ingenio, non erit inutile si diligentius declarantur.

4. Sed vide jam similitudinem de Pharaone et exercitu ejus, et Domini equitatu. Non inter ipsos exercitus similitudo data est, sed de ipsis. Quæ enim societas luci ad tenebras, aut quæ pars fideli cum infideli ? Sed inter sanctam spiritalemque animam, et equitatum Domini plane comparatio est, et inter Pharaonem et diabolium, amborumque exercitus. Nec miraberis unam animam equitatus multitudini similitam, si advertas quantæ in ipsa una, quæ tamen sancta anima sit, virtutum acies habeantur : quanta in affectionibus ordinatio quanta in moribus disciplina, quanta in orationibus armatura, quantum in actionibus robur, quantum in

Les qualités
de l'Épouse
viennent de
l'Époux.

armée rangée en bataille (*Cant. vi, 3*). Et encore, « que verrez-vous dans la Sunamite, sinon des ordres de bataille (*Cant. vii, 1*)? » O, si cette explication ne vous agrée pas, sachez qu'une âme pieuse n'est jamais sans une troupe d'anges qui la gardent, avec une jalousie toute divine, ayant soin de la conserver pour son Époux, et de la rendre chaste et vierge à Jésus-Christ. Ne dites point en vous-mêmes; où sont-ils? qui les a vus? Le prophète Elisée les a vus, et a obtenu de plus, par la prière, que Giesi les vit aussi (*4 Reg. vi, 17*). Si vous ne les voyez pas, c'est que vous n'êtes ni Prophète, ni serviteur d'un Prophète. Le patriarche Jacob les vit, et dit: « C'est là l'armée de Dieu (*Gen. xxxii, 2*). » Le Docteur des nations les vit aussi, puisqu'il disait: « Tous les esprits bienheureux ne sont-ils pas les ministres de Dieu, envoyés pour servir ceux qui sont destinés à l'héritage du salut (*Heb. i, 14*)? »

5. Aussi l'Épouse sous la protection des anges, et environnée de ces troupes célestes, est semblable à l'armée du Seigneur, à cette armée qui autrefois, au milieu des chariots de Pharaon, triompha de ses ennemis par un miracle étonnant de l'assistance divine (*Exod. xiv, 18*). Car si vous considérez attentivement toutes les choses que vous admirez dans un événement si prodigieux, vous en trouverez ici qui ne sont pas moins dignes d'admiration. Et même on peut dire que le triomphe ici est plus magnifique, puisque les merveilles qui se sont faites alors en des choses corporelles, s'accomplissent à présent d'une manière spirituelle. Ne vous semble-t-il pas, en effet, qu'il y a bien plus de gloire et de valeur, à terrasser le diable que Pharaon, et

à dompter les puissances de l'air, qu'à renverser les chariots de ce prince? Là on combattait contre la chair et le sang, et ici on combat contre les puissances invisibles, contre les princes du monde et des ténèbres, contre les esprits malins qui volent dans l'air (*Ephes. xi, 12*). Poursuivez avec moi les autres membres de cette comparaison. Là le peuple est tiré de l'Égypte; ici l'homme est tiré du siècle. Là Pharaon, ici le diable est terrassé. Là ce sont les chariots de Pharaon qui sont renversés; ici ce sont les désirs de la chair et du siècle, toujours en guerre avec l'âme, qui sont anéantis! Ceux-là sont submergés dans les flots, ceux-ci le sont dans les larmes; les uns dans le flot de la mer, les autres dans les larmes amères. Je crois que lorsqu'il arrive que les démons rencontrent une âme de telle sorte, ils crient comme les Egyptiens: « Fuyons Israël, car le Seigneur combat pour lui (*Exod. xiv, 15*). » Voulez-vous encore que je vous marque quelques-uns des princes, de la suite de ce Pharaon mystique par leurs noms propres, et que je vous décrive quelques-uns de ses chariots, sur lesquels vous pourrez régler pour trouver les autres de vous-mêmes? Un des grands princes du roi spirituel et invisible d'Égypte est la malice. « L'intempérance et l'avarice » en sont encore deux grands. Et ces princes ont chacun, sous leur roi, des empires renfermés dans les limites qui leur ont été prescrites. Car la malice étend sa domination dans la région des crimes et des forfaits. L'intempérance est à la tête de toutes les actions deshonnêtes. L'avarice étend son empire sur les rapines et sur les fraudes.

Analogie entre les défaites du diable et celle de Pharaon.

Les princes du Pharaon mystique, sont la malice, l'intempérance et l'avarice.

zelo terror, quanta denique ipsi cum hoste conflictuum assiduitas, numerositas triumphorum. Denique in consequentibus legitur : *Terribilis ut castrorum acies ordinata*. Et item, *Quid videbis*, inquit, in *Sunamite*, nisi *choros castrorum*? Aut si id tibi non placet, noveris hujusmodi animam nunquam esse sine angelorum custodia, qui eam æmulantur Dei æmulatione, solliciti suo viro servare, et virginem castam exhibere Christo. Et ne dixeris in corde tuo : Ubi sunt? Quis eos vidit? Vidit eos Propheta Elisæus, insuper et fecit orando, ut videret etiam Giezi. Tu non vides, quia non es Propheta, nec puer Prophetæ. Vidit Patriarcha Jacob, et ait : *Castra Dei sunt hæc*. Vidit et Doctor gentium, qui dicebat : *Nonne omnes administratorii spiritus sunt, missi in ministerium propter eos, qui hereditatem capiunt salutis?*

5. Ergo angelicis fulla ministeriis, et superno stipata agmine Sponsa incedens, similis est equitatu Domini, illi utique, qui quondam in curribus Pharaonis tam stupendo divini adjutorii miraculo triumphavit. Si enim diligenter advertas, cuncta, quæ ibi miraris magnifice perpetrata, inventas hic nihilominus admiranda. Nisi quod in eo nunc magnificentius triumphatur, quod quæ illic corporaliter præcesserunt, hic spiritualiter adimplentur. An non tibi nempe multo fortius longeque glorio-

sus esse videtur, diabolum prosternere, quam Pharaonem; atque aërias debellare potestates, quam currus Pharaonis subvertere? Ibi denique pugnatum est adversus carnem et sanguinem; hic adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitiae in cælestibus. Et prosequere modo mecum singula proportionis membra. Ibi populus eductus de Ægypto, hic homo de sæculo: ibi prosternitur Pharaon, hic diabolus: ibi subvertuntur currus Pharaonis, hic carnalia et sæcularia desideria, quæ militant adversus animam subruuntur; illi in fluctibus, isti in fletibus: marini illi, amari isti. Puto et nunc clamitare dæmonia, si forte contingat incidere in talem animam: *fugiamus Israelem, quia Dominus pugnat pro eo*. Visne etiam aliquos de principibus Pharaonis propriis tibi designem nominibus, et de curribus describam, ad instar quorum tu quoque alios, si qui sunt, per te ipsum valeas invenire? Magnus quidam princeps spiritualis atque invisibilis regis Ægypti profecto Malitia est, magnus Luxuria, magnus Avaritia. Et hi quidem possident terminos suos sub rege suo, sicut sui cuique assignati sunt. Nam Malitia in omni regione malefactorum atque facinorum dominatur: Luxuria omni immunditiæ et turpitudini carnis præest: Avaritia in partes rapinæ et fraudis sortita est principatum.

Les anges sont préposés à la garde des âmes pieuses.

Le chariot de
la malice.

6. Écoutez aussi quels sont les chariots que ce Pharaon a préparés à ses princes pour poursuivre le peuple de Dieu. La Malice a un chariot à quatre roues lesquelles sont la cruauté, l'impatience, l'audace et l'imprudence. Ce chariot est prompt à répandre le sang, qui n'est point arrêté par l'innocence, ni retardé par la patience, ni arrêté par la crainte, ni retenu par la pudeur. Il est attelé de deux chevaux d'une grande rapidité, et qui sont très-propres à causer toute sorte de maux et de dégâts, ce sont la puissance de la terre, et la pompe du siècle. Car le chariot de la malice s'avance avec une prodigieuse vitesse, lorsque d'une part il a la puissance pour accomplir ses desseins pernicieux, et de l'autre la pompe qui lui applaudit et le félicite, lorsqu'il a commis les plus grands crimes, en sorte que cette parole de l'Écriture s'accomplit : « Le pécheur est loué dans ses désirs, et le méchant reçoit des bénédictions. » (*Psal. ix. 3.*) Et ailleurs : C'est maintenant le temps de votre règne, et de la puissance des ténèbres. » (*Luc. xxii. 52.*) Ces deux chevaux sont conduits par deux cochers, l'Enflure et la Jalousie. L'Enflure mène la pompe, et la Jalousie la puissance. Car le cœur enflé par la vanité, est emporté avec violence dans l'amour des pompes du diable. Tandis que celui que la crainte retient à la même place, que la gravité rend modeste, l'humilité solide, la pureté sain et entier, ne saurait jamais être emporté par le vent de la vaine gloire. De même, l'autre cheval de la puissance de la terre est conduit par la Jalousie qui le presse des deux éperons de l'envie, je veux dire par la crainte de tomber et l'appré-

Il est attelé de
deux
chevaux.

Et conduit
par
deux cochers.

hension de succomber. Tels sont, en effet, les aiguillons qui piquent sans cesse les flancs des puissances de la terre. Voilà pour ce qui est du chariot de la malice.

7. Celui de l'intempérance roule aussi sur quatre vices, comme sur quatre roues qui sont les appétits du ventre, la passion du sexe, la noblesse des habits et la langueur de la somnolence. Il est aussi attelé de deux chevaux, la prospérité et l'abondance; ceux qui les conduisent sont : l'engourdissement de la paresse; et la confiance téméraire; car l'abondance de toutes choses produit aisément la paresse, et, selon l'Écriture, la « prospérité des fous sera cause de leur perte (*Prov. i. 32*), » sans doute parce qu'elle leur donne une confiance téméraire. Mais lorsqu'ils parleront le plus de paix et d'assurance, ils se trouveront accablés par une ruine soudaine (*1 Thes. v. 3*). Ils n'ont besoin ni d'éperons, ni de fouet, ni d'autres choses semblables, mais au lieu de cela, ils se servent d'un petit parasol pour faire de l'ombre, et d'un éventail pour faire du vent. Ce parasol, c'est la dissimulation, qui fait comme une espèce d'ombre dans l'âme, et la met à l'abri de l'ardeur dévorante des soucis. Car c'est le propre d'une âme molle et délicate, de ne vouloir pas prendre même les soins nécessaires, de peur d'en sentir la peine, et de se cacher comme sous le voile d'une dissimulation affectée. L'éventail c'est la prodigalité qui produit le vent de la flatterie. Car les personnes débauchées sont prodigues et paient de leur bourse le vent qui sort de la bouche des flatteurs : mais en voilà assez sur ce sujet.

Le char de la
luxure :
à deux
chevaux et
deux cochers.

Dissimulation
des
délats.

6. Accipe nunc quoque quales his suis principibus Pharaon præparaverit currus ad persequendum populum Dei. Habet namque Malitia currum suum rotis quatuor consistentem : sævitia, impatentia, audacia, impudentia. Valde etenim velox est currus iste ad effundendum sanguinem, qui nec innocentia sistitur, nec patientia retardatur, nec timore frenatur, nec inhibetur pudore. Trahitur autem duobus admodum pernicibus equis, et ad omnem perniciem paratissimis, terrena potentia, et sæculari pompa. Tunc namque quadriga ista malitiæ currit valde velociter, cum hinc quidem potentiæ effectus subest ejus adimplendis malitiosis conatibus : inde plausus pompæ acidet perpetratis sceleribus, ut sermo impleatur qui scriptus est : *Quoniam laudatur peccator in desideriiis animæ suæ, et iniquus benedicetur*, et iterum alia scriptura : *Hæc est, inquit, hora vestra, et potestas tenebrarum*. Porro præsentibus duobus his equis aurigæ duo tumor et livor : et tumor quidem pompam, livor vero potentiam agit. Is enim rapido fertur diabolicarum amore pomparum, cujus apud se cor prius intumuit. Nam quod in se firmiter stat timore compressum, gravitate modestum, humilitate solidum, puritate sanum; aura hujus vanitatis nequaquam leviter rapicetur. Item terrenæ jumentum potentiæ nonne invidia agitur, et quasi quibusdam livoris urgentur hinc inde calcaribus, suspi-

cione utique decedendi, et metu succumbendi? Aliud est enim quod suspectus est successor, et aliud quod timetur invalor. His itaque stimulis terrena potentia continue agitur. Et currus quidem malitiæ sic se habet.

7. Luxuriæ vero currus quadriga nihilominus volvitur vitiorum, ingluvie videlicet ventris, libidine coitus, mollitiæ vestium, otii soporisque resolutione. Trahitur equis æque duobus, prosperitate vitæ, et rerum abundantia; et qui his præsentibus duo, ignaviæ torpor, et infida securitas : quia et copia ignaviam solvit, et, secundum scripturam, *Prosperitas stultorum perdet illos* : non sane ob aliud, nisi quoniam male securos reddat. *Cum autem dixerint, Pax et securitas; tunc subitaneus superveniet eis interitus*. Hi calcaria minime habent, neque flagella, vel aliquid hujusmodi : sed pro his utuntur conopeo ad faciendam umbram, et flabello ad citandum ventum. Porro conopeum dissimulatio est, umbram faciens, et protegens ab æstu curarum. Proprium namque est mollis et delicatæ animæ etiam necessarias dissimulare curas, et ne astuant sollicitudines sentiat, sub latibulo dissimulationis abscondi. Flabellum vero Effusio est, ventum adulationis apportans. Largi sunt enim luxuriosi, ementes auro ventum de ore adulatorum. Et de hoc satis.

Prodigalité
des
débauchés.
Char,
attelage et
cochers
de l'avarice.

8. L'avarice est aussi trainée sur un chariot qui a quatre vices en guise de roues qui le portent, ce sont : la timidité, l'inhumanité, le mépris de Dieu, l'oubli de la mort. Les chevaux qui le traînent sont la mesquinerie, et la rapacité. Il n'est qu'un cocher pour les conduire, c'est l'ardeur d'amasser. Car l'avarice se contente d'un seul serviteur, ne voulant pas faire la dépense d'en avoir plusieurs. Mais ce serviteur exécute ce qui lui est commandé avec une ardeur infatigable, ses deux fouets pour punir les chevaux sont la passion d'acquérir et la crainte de perdre.

Les autres
princes de
Pharaon.

9. Le roi d'Égypte a encore d'autres princes, qui ont aussi leurs chariots, pour servir leurs maîtres dans les combats. Tel est l'Orgueil, un des plus grands seigneurs de sa cour ; telle est aussi l'Impiété, l'ennemie de la foi, qui tient un rang considérable dans la maison de Pharaon. Il y en a encore plusieurs autres d'un ordre inférieur, tant satrapes que chevaliers, dont le nombre est infini dans son armée, et je vous laisse à en chercher les noms et les offices, ainsi que les armes et les appareils de guerre, pour vous exercer en ces choses. C'est ainsi que l'invincible Pharaon, plein de confiance en la force de ses princes et de ses chariots, court de tous côtés, et, comme un cruel tyran, exerce autant qu'il peut sa fureur et sa rage contre toute la famille du Seigneur, et poursuit même encore aujourd'hui Israël qui sort de l'Égypte. Mais ce peuple de Dieu, bien qu'il ne soit ni porté sur des chariots, ni couvert d'armes, ne laisse pas, fortifié par la main du Seigneur, de dire avec confiance : « Chantons un hymne de louange au Sei-

gneur, car il a fait ouïr avec magnificence l'éclat de sa gloire, il a renversé dans la mer le cheval et le cavalier (*Exod. xv, 1*). Et, ceux qui nous attaquent mettent toute leur confiance dans leurs chariots et dans leurs chevaux. mais pour nous, nous la mettons dans le nom du Seigneur notre Dieu que nous invoquons (*Psal. xxix, 8*). » Voilà pour ce qui regarde la comparaison de l'armée du Seigneur, et des chariots de Pharaon.

L'âme pieuse
est appelée
amie.

10. Après cela, l'Épouse est appelée « Amie. » Car pour l'Époux, il était ami avant même qu'il l'eût rachetée ; autrement il n'eût jamais racheté une personne qu'il n'aurait pas aimée. Mais elle, elle est devenue son amie par le bienfait de la rédemption. Écoutez un apôtre qui en demeure d'accord : « Ce n'est pas que nous l'ayons aimé, mais c'est qu'il nous a aimés le premier (*Joan. iv, 10*). » Souvenez-vous de Moïse et de l'Éthiopienne, et reconnaissez que, dès lors était figuré le mariage spirituel du Verbe avec l'âme pécheresse, et discernez, si vous le pouvez, ce qui vous donne le plus de consolation et de plaisir en considérant un mystère si doux ; est-ce la bonté incomparable du Verbe, la gloire inestimable de l'âme, ou la soudaine confiance du pécheur ? Mais Moïse ne put changer la peau de l'Éthiopienne, au lieu que Jésus-Christ a fait ce changement. Car nous lisons ensuite ; « Vos joues sont belles, comme celles d'une tourterelle. » Mais réservons cela pour un autre discours, afin que, prenant toujours avec appétit les mets qui nous sont servis sur la table de l'Époux, nous exhalions les louanges, et célébrions la gloire de Jésus-Christ Notre-Seigneur, qui

.....

8. Jam vero avaritia rotis et ipsa vehitur quatuor vitiorum, quæ sunt pusillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, mortis oblivio. Porro jumenta trahentia, tenacitas, et rapacitas : et his unus auriga ambobus præsidet, habendi ardor. Sola siquidem avaritia, quoniam conducere plures non patitur, uno contenta est servitore. Ipse vero injuncti operis promptus admodum atque infatigabilis executor, urgendis sane jumentis trahentibus, flagris utitur acerrimis, libidine acquirendi, et metu amittendi.

9. Sunt et alii principes regis Ægypti, habentes et ipsi currus suos in expeditione Domini sui : sicut superbia, quæ unus est de majoribus principibus : sicut inimica fidei impietas, magnum et ipsa tenens locum in domo et regno Pharaonis : et multi adhuc sunt alii inferioris ordinis satrapæ et equites, quorum non est numerus in Pharaonis exercitu ; quorum et nomina, et officia ; necnon et arma, et apparatus eorum vestris studiis (ut in his exerceamini) inquirenda relinquo. In istorum itaque principum fortitudine, curruumque suorum, invisibilis Pharaon ubique discurrens, in omnem familiam Domini, quibus potest viribus, more tyrannico debacchatur, in his etiam his diebus exeuntem Israël de Ægypto insequitur. At ille nec subvectus curribus, nec protectus armis ; nihillominus tamen sola Domini manu

confortatus, secure decantat : *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est, equum et ascensorem projecit in mare. Item, Hi in curribus et hi in equis ; nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus. Et hæc dicta sint pro adducta similitudine de equitatu Domini, et curribus Pharaonis.*

10. Post hæc *amica* appellatur. Nam ipse quidem et ante liberationem amicus erat, alioquin non liberasset quam non amasset : sed illa beneficio liberationis adducta est ut esset amica. Audi denique contentem. *Non quia dilexerimus eum nos, inquit, sed ipse prior dilexit nos.* Recordare nunc mihi Moysi et Æthiopissæ, et agnosce jam tunc præfiguratum conjugium Verbi et animæ peccatricis ; et discerne, si potes, quid tibi dulcius sapiat in consideratione suavissimi sacramenti, Verbine nimium benigna dignatio, an animæ inestimabilis gloria, an inopina fiducia peccatoris. Sed non potuit Moïses Æthiopissæ mutaret pellem, potuit Christus. Sequitur enim : *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis.* Sed hoc sermoni alteri reservetur ; ut semper quæ in mensa Sponsi nobis apponuntur, cum aviditate sumentes, eructemus in ipsius laudem et gloriam, Jesu-Christi Domini nostri, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

est Dieu par dessus tout, et béni, à jamais. Ainsi soit-il.

SERMON XL.

L'intention est le visage de l'âme ; sa beauté et sa laideur, sa solitude et sa pureté.

1. « Vos joues sont belles comme celles d'une tourterelle (*Cant.* 1, 9). » La pudeur de l'Épouse est tendre ; et je crois que la réprimande de l'Époux, lui a fait venir le rouge au visage, et l'a rendue encore plus belle, ce qui lui attire ces paroles : « Vos joues sont belles comme celles d'une tourterelle. » Toutefois, n'allez pas prendre cela d'une façon grossière et charnelle, comme s'il parlait du rouge que donne le sang qui monte au visage, et qui, se mêlant à la blancheur du teint, en rehausse encore l'éclat et la beauté. Car la substance de l'âme qui est incorporelle et invisible, n'a ni membres, ni couleurs. Tâchez donc de concevoir spirituellement une substance toute spirituelle, et pour juger de la justesse de la comparaison de l'Époux, figurez-vous l'intention, comme étant le visage de l'âme. Car c'est par elle qu'on juge de la droiture d'une action, comme c'est par le visage qu'on juge de la beauté du corps. Et voyez la pudeur dans la couleur qui monte au visage, attendu que c'est plus que tout autre, la vertu qui embellit l'âme et augmente la grâce en elle. « Vos joues sont donc belles, comme celles d'une tourterelle. » Il pouvait louer sa beauté d'une façon plus usitée et dire comme cela se fait ordinairement quand on parle de la beauté de quelqu'un : vous avez un beau visage, vous êtes

jolie de figure. D'où vient cela ? Pourquoi parle-t-il de ses joues au pluriel ? Je crois qu'il ne l'a pas fait sans sujet. Car c'est l'esprit de sagesse qui parle, et il n'est pas permis de lui attribuer le moindre mot inutile ou dit autrement qu'il ne faut. Il y a donc une raison, quelle qu'elle soit, pour laquelle il a mieux aimé dire les joues que le visage, je vais vous dire ce qu'il m'en semble, à moins que vous n'avez quelque chose de meilleur à proposer.

2. Dans l'intention, que nous avons appelée le visage de l'âme, il y a deux choses nécessaires, l'objet et la cause ; c'est-à-dire, ce que vous proposez et ce pourquoi vous vous le proposez. Et c'est par ces deux choses qu'on juge de la beauté ou de la laideur d'une âme ; en sorte que celle en qui ces deux choses sont droites et pures, mérite qu'on lui dise avec vérité : « Vos joues sont belles comme celles d'une tourterelle. » Mais on n'en pourra pas dire autant de celle qui manque de l'une des deux, attendu qu'elle est laide en partie. Mais cet éloge convient encore bien moins à celle en qui ces deux choses à la fois font défaut. Ce qui s'éclaircira d'avantage par des exemples. Si une personne s'applique à la recherche de la vérité, ne vous semble-t-il pas que l'objet et la cause de son entretien sont honnêtes, et qu'elle peut avec raison s'attribuer ces paroles : « Vos joues sont belles comme celles d'une tourterelle, » puisqu'il ne paraît point de tache sur aucune de ses joues ? Mais si elle recherche la vérité, non par le seul désir de la connaître, mais par vaine gloire, ou pour quelque autre avantage temporel, quel qu'il soit, quand même il semblerait que l'une de

Il y a deux choses requises pour la droiture d'intention.

Exemple d'une intention droite et d'une intention vicieuse.

L'intention est le visage de l'âme.

SERMO XL.

Quod intentio sit facies animæ; quæ sit ejus pulchritudo aut deformitas; quæ ejusdem solitudo et pudicitia.

1. *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis.* Tenera est Sponsæ verecundia; et ad increpationem Sponsi, puto, facies ejus rubore suffusa est, pulchriorque ex eo apparet, illico audit: *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis.* Vide autem ne carnaliter cogites coloratam carnis putredinem, et purulentiam flavi sanguineive humoris, vitreæ cutis superficiem summam atque æqualiter suffundentem: e quibus sibi invicem moderate permixtis, ad venustandam genarum effligiem rubor subpallidus in effluentiam corporæ pulchritudinis temperatur. Alioquin incorporea illa animæ invisibilisque substantia, nec corporeis distincta membris, nec visibilibus exstat fucata coloribus. Tu vero spiritalem essentiam spiritali, si potes, linge intuitu, et ad coaptandum propositæ similitudinis schema cogita animæ faciem, mentis intentionem; ex qua nimirum rectitudo operis, sicut ex facie pulchritudo corporis, æstimatur. Porro verecundiam intellige, tanquam colorem in facie, quod hæc potissimum virtus, et venustatem ingerat, et augeat gratiam. *Pulchræ ergo sunt genæ tuæ, sicut turturis.* Poterat usitatius faciem ponere

et describere pulchram, sicut solet, cujus pulchritudo laudatur, pulchra facie seu decora facie dici: sed nescio quid sibi voluerit, ut magis genas pluraliter dicendum putaverit, nisi quod minime id crediderim otiosum. Spiritus namque sapientiæ loquitur, cui non est fas vel modicum quid omnino adscribere otiosum, aut secus dictum quam oportuerit. Est itaque sine dubio causa, quæcumque illa sit, cur pluraliter genas maluerit, quam singulariter faciem dicere. Et si tu melius non habes, ego quod mihi videtur aperio.

2. Duo quædam in intentione, quam faciem animæ esse diximus, necessario requiruntur, res et causa, id est quid intendas, et propter quid. Et ex his sane duobus animæ vel decor, vel deformitas judicatur, ut (verbi causa) anima, quæ ambo ista recta atque pudicæ habuerit, illi merito veraciterque dicatur: *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis.* Quæ vero altero horum caruerit, non poterit dici de ea, quod pulchræ sint genæ ejus sicut turturis, propter eam, quæ adhuc ex parte erit, deformitatem. Multo autem minus illi hoc poterit convenire, quæ neutrum horum habere laudabile invenitur. At id totum fiet planius in exemplis. Si (verbi causa) intendat quis animum inquirendæ veritati amore; nonne isti tibi videtur et rem, et causam habere honestam, meritoque sibi vindicare quod dicitur: *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut*

ses joues est belle, je crois pourtant qu'on ne ferait point difficulté de dire qu'elle est laide, au moins en partie, puisque la honte de la cause défigure l'autre côté de son visage. Mais si vous voyez un homme qui ne s'adonne à rien d'honnête, un homme captivé par les charmes de la volupté sensuelle, adonné à la gourmandise et à la débauche, tel que sont ceux qui se font un Dieu de leur ventre, mettent leur gloire dans ce qui devrait être un sujet de confusion, et ne goûtent que les choses de la terre (*Phil. III, 18*); ne direz-vous pas que cet homme est tout à fait laid, puisque l'objet et le motif de son intention sont vicieux ?

3. N'avoir donc pas Dieu pour but dans ses actions, mais le siècle, c'est le propre d'une âme séculière, et qui n'a point une seule joue de belle. Mais regarder Dieu, et ne le pas faire néanmoins pour Dieu, c'est le propre d'une âme hypocrite. Et, bien qu'un des côtés de son visage paraisse beau, parce qu'elle regarde Dieu avec quelque intention, toutefois ce déguisement détruit tout ce qu'il y a de beau en elle, et répand de la laideur sur tout son visage. Si elle dirige son intention vers Dieu uniquement ou principalement en vue des avantages de la vie, elle n'est pas souillée, il est vrai, par l'hypocrisie, mais on peut dire que sa bassesse de cœur la rend noire et moins agréable. Au contraire, regarder autre chose que Dieu, mais toutefois pour Dieu, ce n'est pas le repos de Marie, c'est l'embarras de Marthe. Dieu me garde de dire qu'une telle âme ait rien de laid, et pourtant je ne voudrais pas assurer qu'elle fût arrivée à la perfection de la beauté, parce qu'elle s'inquiète et se trouble encore de

plusieurs choses; et il est impossible que le mouvement continué qu'elle se donne pour les choses de la terre, ne fasse voler sur elle quelques grains de poussière qui se dissiperont aisément à l'heure de la mort, au souffle de la pureté de sa conscience, et de la rectitude de son intention. Ainsi ne chercher que Dieu pour lui seul, c'est avoir la face de l'intention parfaitement belle; et c'est ce qui est propre et particulier à l'Épouse qui mérite, par une prérogative unique, d'entendre ces paroles: « Vos joues sont belles comme celles d'une tourterelle. »

4. Pourquoi dit-il comme celles « d'une tourterelle ? » Cet oiseau est extrêmement chaste, et il ne vit pas en troupe, il se contente, dit-on, de la compagnie de celui qui s'est accouplé avec lui, en sorte que s'il vient à le perdre, il n'en cherche point d'autre, et vit solitaire. Vous donc qui écoutez ceci, et qui voulez profiter de ce qui est écrit pour vous, et que nous expliquons maintenant pour votre utilité, si vous êtes animés de ces mouvements du Saint-Esprit, et que vous brûliez du désir de rendre votre âme épouse de Jésus-Christ, faites en sorte, par votre travail, que les deux joues de votre intention soient belles, afin que, en imitant cet oiseau si chaste, vous demeuriez en repos et solitaire (*Thren. III, 28*), comme dit le Prophète, parce que vous vous êtes élevé au dessus de vous-même. C'est, en effet, une chose bien au dessus de vous de devenir l'épouse du Seigneur des anges, d'être étroitement unie à Dieu, et de ne faire qu'un même esprit avec lui. Demeurez solitaire comme la tourterelle. N'ayez point de commerce avec le reste des

Pourquoi la beauté de l'Épouse est comparée à celle d'une tourterelle.

Saint Bernard recommande la solitude et le secret.

Regarder Dieu et ne point agir pour lui, c'est une hypocrisie.

Le travail de Marthe ne peut s'accomplir sans soulever un nuage de poussière.

turturis? quippe cui in neutra genarum nævus reprehensionis appareat. Quod si minime quidem veritatis desiderio, sed aut inanis gloriæ, aut alterius qualiscunque commodi temporalis obtentu in veritatem intenderit: jam et si unam genarum videatur habere formosam; non tamen, ut arbitror, dubitabis judicare vel ex parte deformem, cujus alteram faciem causæ turpitudine fœdaverit. Si aulem videris hominem nullis honestis studiis intendentem, sed carnis illecebris irretitum, ventri et luxuriæ deditum quales sunt illi, *quorum Deus venter est, et gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt*: quid istum? nonne ex utraque parte fœdissimum judicabis, in cujus ulique intentione et res, et causa reproba invenitur?

3. Ergo intendere non in Deum, sed in sæculum, sæcularis animæ est, nec ullam prorsus genarum speciosam habentis. Intendere autem quasi in Deum, sed non propter Deum, hypocritæ plane animæ est: cujus etsi una facies decoro videtur, quod ad Deum qualicunque intentione respiciat; ipsa tamen simulatio omne in ea decorum exterminat, et magis per totum ingerit fœditaltem. Si autem vel solum, vel maxime, ob vitæ præsentis necessaria ad Deum converterit intentionem; non quidem fæce hypocrisis putidam, pusillanimitatis tamen vitio dicimus subobsecram, et

minus acceptam. Porro è contrariò intendere in aliud quam in Deum, tamen propter Deum; non otium Mariæ, sed Marthæ negotium est. Absit autem ut quæ hujusmodi est, quidquam illam dixerim habere deformem. Nec tamen ad perfectum affirmaverim pervenisse decoris; quippe quæ adhuc sollicita est et turbatur erga plurima, et non potest terrenorum actuum vel tenui pulvere non respergi. Quem tamen cito facileque deterget vel in hora sanctæ dormitionis casta intentio, et bonæ conscientie interrogatio in Deum. Ergo solum inquirere Deum propter ipsum solum, hoc plane est utramque bipertitæ intentionis faciem habere pulcherrimam: atque id proprium ac speciale Sponsæ, cui merito singulari prærogativa audire conveniat: *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis.*

4. Cur verò sicut turturis? Pudica avicula est, et conversatio ejus non cum multis, sed solo degere fertur contenta compare: ita ut si illum amisserit, alterum non requirat, sed sola deinceps conversetur. Tu ergo qui hæc audis, ut sane non otiose audias ea quæ scripta sunt propter te versantur et disputantur: tu, inquam, si ad istiusmodi Spiritus-Sancti incitamenta moveris, et inardescis dare operam, quomodo animam tuam facias sponsam Dei; stude ambas speciosas habere has genas tuæ intentionis, ut imitator castissimæ volucris, sedes

autres hommes. Oubliez même votre peuple et la maison de votre père, et le roi concevra de l'amour pour votre beauté (*Psal. XLIV, 11*). Ame sainte, demeurez seule, afin de vous conserver pour celui-là seul que vous vous êtes choisi entre tous les autres. Fuyez de paraître en public; fuyez jusqu'à ceux de votre maison; séparez-vous de vos amis et de vos intimes, et même de celui qui vous sert. Ne savez-vous pas que vous avez un époux, extrêmement modeste, et qui ne peut point vous honorer de sa présence, devant qui que ce soit? Mettez-vous donc en retraite, mais d'esprit, non de corps, mais d'intention, mais de dévotion, mais d'une manière tout intérieure. Car Jésus-Christ qui se présente à vous, est esprit, et il demande la solitude de l'esprit, non pas celle du corps, quoique cette dernière ne soit pas quelquefois inutile, lorsqu'on la peut observer, surtout dans le temps de l'oraison. Car vous savez quel est en ce point même le précepte de l'Époux, et la forme qu'il prescrit: « Pour vous, dit-il, lorsque vous priez, entrez, dans votre chambre, et fermez-en la portesur vous (*Matth. vi, 6*). » Et il a fait lui-même ce qu'il a dit. Car l'Écriture rapporte qu'il demeurait seul toute la nuit en prières, non-eulement en s'arrachant à la foule qui le suivait (*Luc. vi, 12*), mais en ne conservant pas même la compagnie d'aucun de ses disciples ou de ses familiers. Et nous voyons que s'il emmena avec lui trois de ses apôtres, lorsqu'il se hâta d'aller à la mort, il s'éloigna d'eux quand il voulut prier (*Matth. xxvi, 37*). Faites donc aussi la même chose, quand vous voudrez faire oraison.

Surtout de l'âme.

Et du corps aussi pendant l'oraison.

5. Du reste, on ne vous ordonne que la solitude du cœur et de l'esprit. Vous êtes seul, si vous ne pensez point aux choses de la communauté, si vous n'êtes point attaché aux choses présentes, si vous méprisez ce que plusieurs estiment, si vous rejetez ce que tous désirent, si vous évitez les contentions, si vous ne sentez point les pertes, et ne vous souvenez point des injures. Autrement vous n'êtes pas seul, quand même vous seriez seul *: vous voyez donc que vous pouvez être seul, lorsque vous êtes avec plusieurs, et être avec plusieurs, lorsque vous êtes seul. En quelque grande compagnie que vous vous trouviez, vous êtes seul, si vous prenez garde de ne pas écouter trop curieusement ce qu'on dit, ou de n'en pas juger témérairement. S'il vous arrive de voir quelque chose de mal, ne vous hâtez pas de juger votre prochain; au contraire excusez-le. Excusez l'intention, si vous ne pouvez excuser l'action. Croyez qu'il l'a fait par ignorance, ou par surprise, ou par malheur: si la chose est si claire qu'il n'y ait pas lieu de la pallier, tâchez néanmoins de le croire ainsi, et dites-vous à vous-mêmes: la tentation a été extrêmement forte. Qu'aurais-je fait, si elle m'avait pressé aussi vivement? Or, souvenez-vous que c'est à l'Épouse que je dis tout ceci, et que je n'instruis pas l'ami de l'Époux, qui a une autre raison pour observer soigneusement ce qui se passe; car il doit prendre garde qu'on ne pêche, examiner si on n'a point failli, et corriger ceux qui sont tombés en quelque faute. Mais l'Épouse n'a pas ce devoir à remplir; elle dit

En quoi consiste la solitude de l'âme.

On doit éviter de juger le prochain quand on n'en est point chargé.

* Se reporter à la lettre que saint Bernard écrivait aux religieux de Mont-Dieu.

secundum Prophetam *solitarius*, quoniam levasti te supra te. Omnino supra te est, angelorum Domino desponsari. An non supra te, adhærere Deo atque unum spiritum esse cum eo? Sede itaque *solitarius*, sicut turtur. Nihil tibi et turbis, nihil cum multitudine cæterorum: etiamque ipsum obliviscere populum tuum, et domum patris tui; et concupiscet Rex decorem tuum. O sancta anima, sola esto, ut soli omnium serves teipsam quem ex omnibus tibi elegisti. Fuge publicum, fuge et ipsos domesticos: secede ab amicis et intimis, etiam et ab illo qui tibi ministrat. An nescis te verendum habere sponsum, et qui nequaquam suam velit tibi indulgere præsentiam præsentibus cæteris? Secede ergo, sed mente, non corpore; sed intentione, sed devotione, sed spiritu. Spiritus enim ante faciem tuam Christus Dominus, spiritusque requirit, non corporis solitudinem: quanquam et corpore interdum non otiose te separas, cum opportune potes, præsertim in tempore orationis. Tenes etiam in hoc et mandatum Sponsi, et formam: Tu, inquit, cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio ora. Et quod dixit, fecit. Solus in oratione pernoctabat, non modo se abscondens a turbis, sed nec ullum quidem dispulorum, nec ullum domesticorum admittens. Denique tres secum intimos sibi adduxerat, cum ultro properaret ad mortem; avulsus est

et ab ipsis orare volens. Ergo et tu fac similiter, quando orare volueris.

5. De cætero sola indicitur tibi mentis et spiritus solitudo. Solus es, si non communia cogites, si non affectes præsentia, si despicias quod multi suspiciunt, si fastidias quod omnes desiderant, si jurgia devites, si damna non sentias, si non recorderis injuriarum. Alioquin nec si solus corpore es, solus es. Videsne posse esse te et solum, cum inter multos; et inter multos, cum solus es? Solus es in quantacunque hominum verberis frequentia: tantum cave alienæ conversationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius judex. Etiamsi perperam actum quid deprehendas, nec sic judices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus non potes: puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum. Quod si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, et dicito apud temetipsum: vehemens fuit nimis tentatio: quid de me illa fecisset, si accepisset in me similiter potestatem? Et memento, me modo alloqui Sponsam, et non amicum Sponsi instruere, cui alia ratio est diligentius observandi ne quis peccet, et explorandi an peccet, et emendandi si peccatum fuerit. A qua sane necessitate Sponsa libera est, soli vivens sibi, et ipsi quem diligit Sponso pariter et Domino

Il n'en est point de même d'un supérieur.

pour elle seule, et pour celui qu'elle aime, qui est tout ensemble son époux, et son Seigneur, son Dieu béni par dessus tout dans tous les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

SERMON XLI.

Grande consolation de l'Épouse dans la contemplation des splendeurs de Dieu, en attendant qu'elle arrive à sa claire vision.

1. « Votre cou est comme des perles (Cant. 1, 9). » L'on a coutume d'orner le cou de perles, mais non pas de le comparer aux perles. Mais que celles-là se chargent de perles, qui cherchent dans les ornements étrangers la beauté qu'elles ne trouvent pas en elles-mêmes. Le cou de l'Épouse est si beau en soi, et naturellement si bien fait, qu'il n'a pas besoin de tous ces ornements extérieurs. A quoi bon se parer d'un éclat emprunté quand la beauté naturelle suffit, et peut même égaler l'éclat des perles dont les autres se servent pour rehausser leur éclat? C'est ce que l'Époux a voulu donner à entendre, quand il a dit, non pas que des perles pendent au cou de l'Épouse, comme cela se voit d'ordinaire, mais que son cou ressemble à des perles. Il nous faut maintenant invoquer le Saint-Esprit, afin que comme il nous a fait la grâce de trouver les joues spirituelles de l'Épouse, il daigne encore nous apprendre quel est son cou spirituel. Quant à moi, pour vous dire ce que j'en pense, il ne me vient rien maintenant à l'esprit qui me paraisse plus vraisemblable

Le cou désigne l'intelligence.

et plus probable que de dire, que c'est l'entendement qui est désigné par le cou de l'Épouse. Je crois que vous serez aussi de ce sentiment, si vous considérez la raison de cette ressemblance. En effet, l'entendement est comme le cou dont l'âme se sert, pour faire passer en elle la nourriture de l'esprit, et la répandre ensuite dans toutes ses affections et ses mouvements. Comme le cou de l'Épouse, c'est-à-dire, l'entendement qui est pur et simple, brille assez de lui-même par la vérité toute nue, il n'a point besoin d'autres ornements, mais lui-même, comme une perle précieuse, est la beauté de l'âme; et c'est pour cela qu'on le compare aux perles mêmes. La vérité est une perle excellente, aussi bien que la pureté et la simplicité, la sagesse, mais la sagesse sobre et modérée en est une belle aussi. L'entendement des philosophes, ou des hérétiques n'a pas cet éclat propre à la pureté et à la vérité: et c'est pour cela qu'ils prennent beaucoup de peine à le couvrir et à le farder de paroles magnifiques, et d'arguments subtils et captieux, de crainte que s'il se montrait à nu, on n'en découvrit la laideur et la difformité.

La vérité est une perle. Soit que prennent les hérétiques pour colorer leurs erreurs.

2. Il y a ensuite. « Nous vous ferons des pendants d'oreilles d'or, marquetés d'argent. » S'il eût dit, je ferai, au lieu de nous ferons, je dirais sans hésiter que c'est l'Époux qui parle. Mais maintenant voyez si je ne ferais point mieux d'attribuer ces paroles à ses compagnons qui consolent l'Épouse, en lui promettant, qu'en attendant qu'elle arrive à la vision de l'Époux dont le désir consume son âme, ils lui feront de beaux et précieux pendants d'oreil-

suo, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO XLI.

Qualiter Sponsa recipit interim magnam consolationem de contemplatione divinæ claritatis, antequam perveniat ad claram ejus visionem.

1. *Collum tuum sicut monilia.* Solet ornari collum monilibus, non ipsis comparari. Sed hoc illæ faciunt, quibus quia de proprio non inest decor, aliunde necesse est ut mendicent, unde se speciosas mentiantur. Nam Sponsæ collum ita in seipso formosum, et tam decenter quasi natura formatum est, ut extrinsecus non requirat ornatum. Quid enim opus est peregrinorum fucos adhibere colorum, cui propria, et tanquam innata sufficit pulchritudo, in tantum ut ipsorum quoque, quæ ad ornandum quærentur monilium possit adæquare nitorem? Hoc nempe intelligi voluit, qui minime quidem a collo (ut assolet) pendere monilia, sed ipsum potius esse sicut monilia dixit. Nunc jam invocandus est nobis Spiritus-Sanctus, ut sicut spirituales Sponsæ genas sua dignatione tribuit invenire, ita etiam ipsius spirituale collum demonstrare dignetur. Et meo quidem intellectui (quia mihi incumbit loqui quæ sentio) nihil interim veri similis probabiliusve elucet, quam ipsum

animæ intellectum colli nomine designari. Tu quoque idem (ut arbitror) approbabis, si advertas similitudinis rationem. An non siquidem tibi videtur colli quodam modo vice fungi intellectus, per quem tua anima trajicit in se spiritus vitalia alimenta, atque in quædam transfundit viscera morum, affectuumque suorum? Hoc ergo Sponsæ collum, id est purus et simplex intellectus, cum nuda et aperta veritate satis per seipsum reniteat, non indiget ornamento; sed ipsum magis, tanquam pretiosum monile, animam decenter exornat, ac proinde simile monilibus ipsis describitur. Bonum monile veritas, bonum puritas sive simplicitas, bonum plane monile sapere ad sobrietatem. Philosophorum vel hæreticorum intellectus non habet hunc in se puritatis, veritatisque nitorem: et ideo multam curam gerunt ipsum colorare et fucare phaleris verborum, et versutiis syllogismorum, ne, si nudus appareat, falsi etiam appareat turpitudine.

2. Sequitur, *Murænulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Si, faciam, singulariter, et non pluraliter, *faciemus*, dixisset, absolute et indubitanter hoc etiam loqui Sponsam pronuntiassem. Nunc autem vide ne forte magis sodalibus ejus congruentiusque assignemus, Sponsam quasi consolantibus tali promissione, quod donec perveniat ad visionem ejus, cujus sic flagrat desiderio, facturi sint illi murænulas pulchras et pretiosas, quæ sunt aurium ornamenta. Atque hoc propterea,

les. Et cela, je pense, parce que la foi vient de l'ouïe, et purifie la vue. Car c'est en vain qu'on s'applique à contempler, si l'œil n'est purifié par la foi, puisqu'on ne promet cette vision qu'à ceux qui ont le cœur pur. Aussi est-il écrit que Dieu purifie le cœur par la foi (*Matth. v. ; 7 (Act. xv)*). Comme la foi vient par l'ouïe, et purifie la vue, c'est avec raison qu'ils avaient soin de lui orner les oreilles, puisque l'ouïe prépare à la vision de Dieu. O Épouse, lui disent-ils, vous soupirez après les clartés de votre bien-aimé; la faveur de les contempler vous est réservée pour un autre temps. Mais en attendant nous vous donnons des ornements pour mettre à vos oreilles, ils vous serviront à vous consoler, et à vous préparer à ce que vous souhaitez si ardemment. C'est comme s'ils lui disaient cette parole du Prophète : « Écoutez ma fille, et voyez (*Psal. XLIV, 11*). » Vous désirez de voir, commencez par écouter. L'ouïe est un degré pour arriver à la vue. C'est pourquoi écoutez, et prêtez l'oreille aux ornements que nous vous faisons, afin que, par l'obéissance de l'ouïe, vous arriviez à la gloire de la vision. Nous tâchons maintenant de réjouir vos oreilles, car, pour la vue, il ne dépend pas de nous de lui donner ce qui doit faire un jour la plénitude de notre joie, et l'accomplissement de vos désirs; cela dépend de celui que votre âme aime si ardemment. C'est lui qui se montrera lui-même à vous, afin que votre joie soit parfaite. C'est lui qui vous remplira d'une joie ineffable, en vous découvrant son visage. Pour vous consoler, recevez de notre main ces perles, en attendant les délices dont sa droite est à jamais remplie.

nt opinor, quia fides ex auditu : et quandiu per fidem ambulatur et non per speciem, danda opera potius instruendo auditui, quam visui exerendo *. Frustra namque intenditur oculus, qui non sit fide mundatus : cum solis, qui mundo corde sunt, videndi copia promittatur. Scriptum vero est : *Fides mundans corda eorum*. Quia ergo fides ex auditu, et ex illa visus purgatio est; merito illi ornandis auribus intendebant, dum auditus, sicut ratio docuit, visus sit præparatio. Tu, inquiunt, o Sponsa, intuendæ dilecti inhias claritati : sed hoc alterius temporis est. Damus autem in præsentiarum ornamenta auribus tuis, quod erit tibi interim consolatio, erit et præparatio ad hoc ipsum quod postulas, acsi illud Prophetæ ei dicant : *Auli filia, et vide*. Videre desideras, sed audi prius. Gradus est auditus ad visum. Proinde audi, et inclina aurem tuam ornamentis quæ tibi facimus, ut per auditus obedientiam ad gloriam pervenias visionis. Nos auditui tuo damus gaudium et lætitiâ. Nam visui non est nostrum dare, (in quo gaudii plénitude, et tui desiderii adimpletio est :) sed illius quem diligit anima tua. Ipse ut gaudium tuum plenum sit, ostendet seipsum tibi : ipse adimplebit te lætitiâ cum vultu suo. Tu interim accipe ad consolationem murænullas has de manu nostra : cæterum delectationes in dextera ejus usque in finem.

3. Il faut considérer encore quels sont ces pendants qu'ils lui offrent. « Ils sont d'or, disent-ils, et marquetés d'argent. » L'or marque la splendeur de la Divinité et la sagesse d'en haut. C'est de cet or que ces célestes ouvriers, à qui ce ministère est commis, promettent de former des images brillantes de la vérité, pour les faire entrer dans les oreilles intérieures de l'âme. Ce qui n'est autre chose, je crois, que faire des espèces de figures spirituelles, et d'y attacher les plus pures lumières de la sagesse divine, pour les mettre devant les yeux de l'âme en contemplation, afin qu'au moins elle voie comme dans un miroir et en énigme, ce qu'elle ne peut pas encore voir face à face. Ces choses-là sont toutes divines, et ne sont connues que de ceux qui en ont fait l'expérience, il n'y a qu'eux qui savent comment il se peut faire que, dans ce corps mortel, dans l'état de la foi, où la substance de la souveraine lumière n'est pas encore découverte, il arrive néanmoins quelquefois, que la contemplation de la pure vérité commence déjà à ébaucher son ouvrage en nous, en sorte que celui d'entre nous qui est assez heureux pour avoir reçu ce don d'en haut peut dire avec l'Apôtre : « Je connais maintenant en partie. » Puis encore : « En partie nous connaissons, et en partie nous devinons. » Mais lorsque l'esprit, sortant comme hors de lui-même, et étant ravi en extase, vient à entrevoir quelque chose de plus divin, qui lui paraît passer comme un éclair devant ses yeux, alors, soit pour tempérer l'éclat d'une si vive clarté, soit pour nous rendre capables de la communiquer aux autres, je ne sais comment il se fait, qu'il se présente aussitôt à nous des images et des figures de choses corpo-

3. Advertendum cujusmodi ei murænullas offerunt : *Aureas, inquit, et vermiculatas argento*. Aurum divinitatis est fulgor, aurum sapientia quæ desursum est. Hoc auro fulgentia quædam quasi veritatis signacula spondent se figuraturos hi, quibus id ministerii est, superni aurifices, atque internis animæ auribus inserturos. Quod ego non puto esse aliud, quam texere spirituales quasdam similitudines, et in ipsis purissima divinæ sapientiæ sensa animæ contemplantis conspectibus importare, ut videat, saltem per speculum et in ænigmate, quod nondum facie ad faciem valet ullatenus intueri. Divina sunt, et nisi expertis prorsus incognita quæ effamur, quomodo videlicet in hoc mortali corpore, fide adhuc habente statum, et necdum propalata perspicui substantia luminis, jam tamen * puræ interdum contemplatio veritatis partes suas agere intra nos vel ex parte præsumit, ita ut liceat usurpare etiam alicui nostrum, cui hoc datum desuper fuerit, illud Apostoli : *Nunc cognosco ex parte*. Item, *ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus*. Cum autem divinius aliquid raptim et veluti in velocitate corusci luminis interluserit menti spiritali excedenti, sive ad temperamentum nimii splendoris, sive ad doctrinæ usum : continuo (nescio unde) adsunt imaginariæ quædam rerum inferiorum similitudines, infusis divinitus sensis convenienter accommo-

Ce qu'il faut entendre par ces pendants d'oreilles d'or marquetés d'argent.

Images spirituelles qui se forment dans les âmes contemplatives.

* al. interim.

Que faut-il entendre par les pendants d'oreilles.

La foi purifie l'œil et le prépare à la vision de Dieu.

* al. exerendo.

Cœuvres des anges.

relles, proportionnées aux connaissances que Dieu répand en nous, qui couvrent en quelque sorte le rayon pur et resplendissant de la vérité, et rendent l'âme plus capable d'en supporter l'éclat, et d'en faire part à ceux à qui il lui plaît. Je crois pourtant qu'elles se forment en nous par le ministère des bons anges, comme au contraire il n'y a point de doute que les autres qui sont mauvaises ne soient produites par l'entremise des mauvais anges.

4. Et peut-être que c'est là ce miroir et cette énigme par lesquels voyait saint Paul et qui étaient faits, si je puis parler ainsi, par les mains des anges, de ces pures et belles images qui nous donnent la connaissance de l'être de Dieu qui est pur et qui se voit dans toutes ces figures corporelles, et nous font attribuer au ministère des anges, ces images excellentes dont il nous paraît si dignement revêtu. Ce qu'une autre version semble avoir marqué plus expressément en disant : « Nous vous ferons des figures rehaussées de marqueterie d'argent. » Ce qui, selon moi, signifie, que non-seulement ces images sont imprimées par les anges au dedans de nous, mais qu'ils nous donnent encore la grâce et la beauté de la parole extérieure, afin que cela serve à les orner et à les faire recevoir des auditeurs plus aisément, et avec plus de plaisir. Si vous demandez quel rapport il y a entre la parole et l'argent, écoutez la réponse du Prophète : « Les paroles du Seigneur sont toutes pures, c'est de l'argent éprouvé par le feu (*Psal.* xi, 7). » Voilà donc comment ces esprits célestes, qui sont les ministres des volontés de Dieu font à l'Épouse, qui est étrangère sur la terre, des pendants d'oreilles d'or, marquetés d'argent.

5. Mais voyez comment elle reçoit autre chose que ce qu'elle désire. Elle soupire après le repos de la contemplation, on lui impose le travail de la prédication, et quand elle a soif de la présence de l'Époux, on la charge de donner des enfants à l'Époux, et de les nourrir. Et ce n'est pas la première fois que cela lui arrive. Je me souviens que lorsqu'elle souhaitait passionnément de jouir des embrassements et des baisers de l'Époux, on lui répondit : « Vos mamelles sont plus excellentes que le vin, » afin que, par là, elle connût qu'elle était mère, et qu'elle songeât à donner du lait à ses petits enfants. Peut-être qu'en d'autres lieux de ce Cantique, vous pourrez encore remarquer la même chose, si vous voulez toutefois vous en donner la peine, par exemple en la personne du Patriarche Jacob, lorsque, se trouvant frustré des embrassements de Rachel qu'il avait si longtemps désirés et attendus, au lieu d'une femme stérile et belle, il en reçut malgré lui, sans le savoir, une féconde à la vérité, mais qui était chassieuse. Ainsi donc maintenant, l'Épouse désirant savoir, et s'enquérant où son bien-aimé pâit son troupeau, et se repose à l'heure de midi, elle remporte au lieu de cette connaissance des pendants d'oreilles d'or marquetés d'argent, c'est-à-dire la sagesse avec l'éloquence, sans doute pour l'œuvre de la prédication.

A ceux qui sont avides de la contemplation, on impose le travail de la prédication

Ce que signifient les pendants d'oreilles d'or.

6. Cela nous apprend qu'il faut souvent laisser les baisers malgré leur douceur, pour les mamelles qui allaitent, et que personne ne doit vivre pour soi-même, mais pour tous. Malheur à ceux qui ont reçu la grâce d'avoir des pensées et des paroles dignes de la grandeur de Dieu, s'ils font servir la piété à leur avarice, s'ils tournent en vaine

datæ, quibus quodam modo adumbratus purissimus ille ac splendidissimus veritatis radius, et ipsi animæ tolerabilior fiat, et quibus communicare illum voluerit, capabilior. Existimo tamen ipsas formari in nobis sanctorum suggestionibus angelorum, sicut e contrario contrarias et malas ingeri inmissiones per angelos malos non dubium est.

4. Et fortassis hinc illud est speculum atque ænigma, ut dixi, per quod videbat Apostolus ex istiusmodi puris pulchrisque imaginationibus angelorum quasi manibus fabricatum : quatenus et Dei esse, quod purum et absque omni phantasia corporearum imaginum cernitur, sentiamus; et elegantem quamlibet similitudinem, qua id digne vestitum apparuerit, ministerio deputemus angelico. Quod signasse expressius videtur alia interpretatio, dicens : *Similitudines auri fabri faciemus tibi, cum distinctionibus argenti.* Unum est, *cum distinctionibus argenti, et vermiculatas argento.* In quo mihi significare videtur non modo similitudines intus per angelos suggeri, sed nitorem quoque eloquii per ipsos extrinsecus ministrari, quo congrue atque decenter ornata, et facilius ab auditoribus capiuntur, et delectabilius. Quod si dixeris : Quid eloquii et argento? dicit tibi Propheta : *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne exami-*

natum. Ita ergo illi cœlestes administratorii spiritus peregrinanti in terris Sponsæ faciunt murænulas aureas, vermiculatas argento.

5. Vide autem quomodo illa aliud cupit, et aliud accipit; et nitenti ad contemplationis quietem labor prædicationis imponitur; et sitienti Sponsi præsentiam, filiorum Sponsi pariendorum, alendorumque sollicitudo injungitur. Neque nunc tantum accidit illi hoc; sed et alia vice, ut memini, cum Sponsi amplexus et oscula suspiraret, responsum est ei : *Quia meliora sunt ubera tua vino,* ut ex hoc se intelligeret matrem, atque ad dandum lac parvulis, nutriendumque filios revocari. Fortassis et in aliis canticis hujus locis hoc ipsum tu quoque (nisi piger sis ad inquirendum) per te ipsum advertere poteris. An non res ista quondam in sancto patriarcha Jacob præfigurabatur, cum frustratus optatis diuque expectatis Rachelis amplexibus, pro sterili et decora fœcundam et lippam iuvitus atque ignarus accepit? Ita ergo nunc Sponsa scire cupiens et inquirens, ubi in meridianis horis dilectus pascit et cubet, murænulas pro eo reportat aureas, vermiculatas argento, id est sapientiam cum eloquentia; haud dubium quin ad prædicationis opus.

6. Docemur ex hoc sane, intermittenda plerumque

6. Non puto, fratres, non puto mediocrem hanc, neque communem esse omnibus visionem, etsi sit inferior illa, qua videndus est in futuro. Denique ex his quæ sequuntur advertite. Sequitur enim : *Ecce tu pulcher es dilecte mi, ecce tu pulcher.* Vides quam in excelso stat ; et in sublime mentis verticem extulit, quæ universitatis Dominum quam sibi proprietate vindicet in dilectum. Attende enim quomodo non simpliciter dilecte, sed, *dilecte mi*, inquit, ut proprium designaret. Magna visio prorsus, de qua ista in id fiduciæ et auctoritatis exerevit, ut omnium Dominum, dominum nesciat, sed dilectum. Existimo enim nequaquam hac vice ejus sensibus importatas imagines carnis, aut crucis, aut alias quascunque corporearum similitudines infirmitatum. In his namque, juxta Prophetam, *non erat ei species neque decor.* Hæc autem eum intuita, nunc pulchrum decorumque pronuntiat, in visione meliori illum sibi apparuisse significans. Ore enim ad os (sicut

quondam cum sancto Moyse) loquitur cum Sponsa ; et palam, non per ænigmata et figuras, Deum videt. Talem denique ore pronuntiat, qualem et mente conspicatur, visione plane sublimi et suavi. Regem in decore suo viderunt oculi ejus, non tamen ut regem, sed ut dilectum. Viderit sane eum quis super solium excelsum et elevatum ; et alius quoque facie ad faciem sibi apparuisse testatus sit : mihi tamen videtur eminentia in hac parte esse apud Sponsam, quod ibi visus legitur Dominus, hic dilectus. Sic enim habes : *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, et elevatum.* Et item : *Vidi Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima mea.* Sed si ego Dominus, inquit, *ubi est timor meus?* Quod si illis facta est revelatio cum timore ; quia ubi Dominus, ibi timor : ego profecto, si optio daretur, tanto libentius, tantoque carius Sponsæ amplecterer visionem, quanto in meliori affectione, quæ est amor, factam adverte. Nam *timor pœnam habet, perfecta autem charitas foras mittit timorem.* Multum sane interest apparere terribilem in conciliis super filios hominum, et apparere speciosum forma præ filiis hominum. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, et decorus.* Verba ista plane amorem resonant, non timorem.

7. Sed forte ascendant cogitationes in corde tuo, et quæris dubius apud te, dicens : Qua ratione verba

qu'elle a à peine entendu la voix de celui qui lui parle et qui publie sa beauté, qu'elle prodigue aussitôt à son tour, les mêmes louanges à celui dont elle s'est entendu louer ? Comment cela se peut-il faire ? Car ce n'est pas la parole qui parle, mais c'est par la parole qu'on parle. De même l'âme ne peut parler si la bouche de son corps ne lui forme des paroles. Vous avez raison de faire cette demande : mais considérez que c'est l'esprit qui parle et qu'il faut entendre ces choses spirituellement. Aussi, toutes les fois qu'on vous dit, ou que vous lisez, que le Verbe et l'âme parlent ensemble, et se regardent l'un l'autre, ne vous imaginez pas qu'ils échangent entre eux des mots corporels, ni qu'ils se voient l'un l'autre par le moyen d'images corporelles. Écoutez plutôt ce que vous devez penser en cette circonstance. Le Verbe est un esprit, l'âme en est un pareillement ; ils ont leur langue pour se parler l'un à l'autre, et se faire connaître qu'ils sont présents. La langue du Verbe c'est la faveur de sa bienveillance, et celle de l'âme, c'est la ferveur de sa dévotion, l'âme qui n'a point de dévotion, n'a point de langue, elle ne saurait parler, et ne peut s'entrettenir avec le Verbe. Lorsque le Verbe, voulant parler à l'âme, agite sa langue, l'âme ne peut pas ne point le sentir. Car la parole de Dieu est vive et efficace, et plus perçante qu'une épée à deux tranchants, qui va jusqu'à la division de l'âme et de l'esprit (*Heb. iv, 12*). De même lorsque l'âme remue la sienne, il est impossible que le Verbe ne le sache pas, non-seulement parce qu'il est présent partout, mais encore et surtout parce que la langue de la dévotion ne se remue jamais

Colloque spirituel du Verbe et de l'âme.

Quels sont l'âme et le corps du Verbe.

pour parler, si, par sa grâce, il ne l'excite lui-même à le faire.

8. Par conséquent, pour le Verbe, dire à l'âme qu'elle est belle, et l'appeler son amie, c'est répandre en elle la grâce qui le fasse aimer d'elle, et lui fait penser qu'elle est elle-même aimée de lui. De même, lorsque l'âme à son tour appelle le Verbe « son bien-aimé » et confesse qu'il est beau, c'est qu'elle lui attribue sans fiction et sans déguisement, la grâce qu'elle a de l'aimer et d'être aimée de lui, c'est qu'elle admire sa bonté et s'étonne des faveurs qu'elle en reçoit. Car sa beauté c'est son amour, et il est d'autant plus grand qu'il est prévenant. C'est pourquoi elle s'écrie du plus profond de son cœur, du plus intime et du plus vif des affections, qu'elle doit l'aimer avec d'autant plus d'ardeur, qu'il l'a aimée le premier. Aussi la parole du Verbe est l'infusion de la grâce, et la réponse de l'âme, c'est son étonnement accompagné d'actions de grâces. Elle aime d'autant plus, qu'elle reconnaît que son Époux l'emporte davantage sur elle, et son admiration est d'autant plus grande qu'elle sent qu'il la prévient par son amour. Ce qui fait qu'elle ne se contente pas de dire, qu'il est beau ; elle le répète pour marquer, par cette répétition, l'éminence de sa beauté.

9. Ou du moins elle exprime l'admirable beauté des deux substances en Jésus-Christ ; dans l'une la beauté de la nature, dans l'autre celle de la grâce. Que vous êtes beau à vos anges, Seigneur Jésus, dans la forme de Dieu, le jour de votre éternité, engendré avant l'étoile du matin dans les splen-

Jésus est beau aux yeux des anges en tant

Verbi facta ad animam referuntur, et rursum animæ ad Verbum, ut illa audierit vocem loquentis sibi, et perhibentis quod pulchra sit, vicissimque idem præconium suo mox reddiderit laudatori ? Quomodo possunt hæc fieri ? Nam verbo loquimur, non verbum loquitur. Itemque anima non habet unde loquatur, nisi os corporis sibi verba formaverit ad loquendum. Bene quaeris : sed attende spiritum loqui, et spiritualiter oportere intelligi quæ dicuntur. Quoties proinde audis vel legis, Verbum atque animam pariter colloqui, et se invicem intueri ; noli tibi imaginari quasi corporeas intercurrere voces, sicut nec corporeas colloquentium apparere imagines. Audi potius quid tibi sit in hujusmodi cogitandum. Spiritus est Verbum, spiritusque anima, et habent linguas suas, quibus se alterutrum alloquantur, præsentisque indicent. Et verbi quidem lingua favor dignationis ejus ; animæ vero devotionis fervor. Elinguis est anima atque infans quæ hanc non habet, et non potest ipsi ullatenus sermocinatio esse cum verbo. Ergo hujusmodi linguam suam cum verbum movet, volens ad animam loqui, non potest anima non sentire. *Vivus est enim sermo Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio accipiti, pertingens usque ad divisionem animæ et spiritus. Et rursum cum suam anima movet, verbum latere multo minus poterit, non solum quia ubique*

est præsens, sed propter hoc magis, quod nisi ipso stimulante, devotionis lingua minime ad loquendum movetur.

8. Verbo igitur dicere animæ, *pulchra es*, et appellare *amicam* ; infundere est unde et amet, et se præsumat amari. Ipsi vero verbum vicissim nominare *dilectum*, et fateri *pulchrum* ; quod amat et quod amatur, sine fictione et fraude adscribere illi, et mirari dignationem, et stupere ad gratiam. Siquidem pulchritudo illius dilectio ejus : et ideo major, quia præveniens. Medullis proinde cordis et intimarum vocibus affectionum tanto amplius atque ardentius clamitat sibi diligendum, quanto id prius sensit diligens quam dilectum. Itaque locutio verbi infusio doni, responsio animæ cum gratiarum actione admiratio. Et idcirco plus diligit, quod se sentit in diligendo victam : et ideo plus miratur, quod præventam agnoscit. Unde non contenta est semel dicere *pulchrum*, nisi repetat et *decorum*, eminentiam decoris illa repetitione designans.

9. Aut certe in utraque Christi substantia dignum expressit omni admiratione decorem, in altera naturæ, in altera gratiæ. Quam pulcher es angelis tuis, Domine Jesu, in forma Dei, in die æternitatis tuæ, in splendoribus sanctorum ante luciferum genitus, splendor et figura substantiæ patris, et quidem perpetuus minimeque fuca-

* al. male animum.

deurs de vos saints, étant vous-même la splendeur et la figure de la substance du Père, et la lumière de la vie éternelle toujours brillante, et toujours durable ! Que vous me semblez beau, mon Seigneur, lorsque je vous contemple dans cet état glorieux ! Car lorsque vous vous êtes anéanti, lorsque vous avez dépouillé de ses rayons naturels cette lumière qui ne souffre point de défaillance, votre bonté a éclaté plus vivement, votre charité a brillé d'un plus vif éclat, et votre grâce en a semblé plus radieuse. Etoile de Jacob, que vous me paraissez brillante (*Num. xxiv, 17*), « rejeton de la racine de Jessé, que vous me semblez verdoyant (*Isa. xi, 1*) ; » lumière du soleil levant qui m'éclairez dans les ténèbres, que vous m'êtes douce et agréable ! quel sujet d'admiration et d'étonnement n'est-il point même aux vertus célestes, dans sa conception du Saint-Esprit, dans sa naissance d'une vierge, dans l'innocence de sa vie, dans la profondeur de sa doctrine, dans la gloire de ses miracles, dans les révélations de ses mystères ? Enfin, ô Soleil de justice, comme vous êtes étincelant, lorsqu'après vous être couché vous vous levez du centre de la terre ! Roi de gloire, que vous êtes beau, lorsque, revêtu d'une robe superbe et magnifique, vous vous retirez dans le plus haut des cieux ! Comment, à la vue de tant de merveilles, toutes les puissances de mon âme ne s'écrieraient-elles pas : « Seigneur qui est semblable à vous ? »

10. Croyez donc que l'Épouse voyait toutes ces choses et d'autres semblables dans son bien-aimé, lorsqu'elle disait : « Que vous êtes beau, mon bien-aimé, que vous êtes beau ! » Ce n'est pas seulement ces merveilles, mais sans doute encore quelque autre miracle de la beauté de sa nature supérieure,

tus candor vitæ æternæ ! Quam mihi decorus es, Domine mi, in ipsa tui hujus positione decoris ! Etenim ubi te exinanivisti, ubi naturalibus radiis lumen indeficiens exuisti ; ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effulsit, ibi amplius gratia radiavit. Quam clara mihi oriris *stella ex Jacob*, quam lucidus *Flos de radice Jesse* egredieris, quam jucundum lumen in tenebris vistasti me Oriens ex alto ! Quam spectabilis et stupendus etiam Virtutibus supernis in conceptu de Spiritu, in ortu de Virgine, in vitæ innocentia, in doctrinæ fluentis, in coruscationibus miraculorum, in revelationibus sacramentorum ? Quam denique ratulins post occasum, Sol justitiæ, de corde terræ resurgis ! quam formosus in stola tua demum, Rex gloriæ, in alta cælorum te recipis ! Quomodo non pro his omnibus omnino ossa mea dicent : *Domine quis similis tui ?*

10. Hæc ergo similiaque puta in dilecto intuitum Sponsam advertisse, cum diceret : *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, et decorus*. Neque hæc sola, sed insuper aliquid præcul dubio de naturæ decore superioris, quod nostrum omnino prætervolat intuitum, et effugit experimentum. Ergo iteratio utriusque decorem substantiæ designavit. Audi deinde quomodo tripudiat ad aspectum affatumque dilecti, et coram ipso nuptiali carmine quæ

qui est au dessus de notre portée et de notre expérience, qu'elle avait remarqué. Cette répétition désigne donc la perfection des deux substances. Ecoutez ensuite comment elle saute de joie à la vue et aux discours de son bien-aimé ; comment, éprise d'un saint ravissement, elle chante devant lui un chant nuptial tout rempli de choses tendres et amoureuses : « Notre petit lit, dit-elle, est tout fleuri, les solives de nos maisons sont de bois de cèdre, nos lambris sont de cyprès (*Cant. 1, 16*). » Mais réservons ce chant de l'Épouse pour une autre fois, afin que le repos nous donnant une nouvelle allégresse, nous soyons plus disposés à nous réjouir avec elle, à louer et à glorifier son époux Jésus-Christ Notre Seigneur, qui étant Dieu est au dessus de toutes choses, et béni à jamais. Ainsi soit-il.

SERMON XLVI.

État et composition de toute l'Église. Comment on parvient à la contemplation par la vie active qui se passe sous l'obéissance.

1. « Notre petit lit est tout fleuri, les solives de nos maisons sont de bois de cèdre, nos lambris sont de cyprès (*Cant. 1, 16*). » Elle chante l'épithalame, et décrit dans un beau discours, le lit et la chambre nuptiale. Elle invite l'Époux à se reposer ; car ce qui lui est préférable c'est de se reposer avec Jésus-Christ. Il n'y a que les âmes à gagner qui puissent la faire sortir. Croyant donc avoir trouvé l'occasion favorable, elle annonce à l'Époux que la chambre est ornée, elle montre le lit comme du doigt, elle convie son bien-aimé, comme

amoris sunt gratulabunda decantat. Sequitur enim : *Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina*. Sed servemus recentiori principio Sponsæ cantilenam, ut et nos de quiete facti alacriores, liberius exultemus et lætemur in ea ad laudem et gloriam sponsi ipsius Jesu-Christi Domini nostri, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO XLVI.

De statu et compositione totius Ecclesiæ. Item, quomodo per activam vitam, quæ sub obedientia agitatur, pervenitur ad contemplativam.

1. *Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina*. Epithalamium canit, cubile et thalamos pulchro sermone describens. Sponsum invitat ad requiem. Hoc enim melius, quiescere et cum Christo esse. Necessarium autem exire ad lucra propter salvandos. Verum nunc opportunitate (ut putat) inventa, ornatum nuntiat thalamum, lectulumque velut digito monstrans, dilectum (ut dixi) invitat ad

j'ai dit, à prendre quelque repos, et, semblable aux disciples d'Emmaüs, ne pouvant plus souffrir le feu de l'amour qui l'embrase, elle tâche d'attirer son Époux dans l'hôtellerie de son cœur, le presse de passer la nuit avec elle, et lui dit avec Pierre : « Seigneur il fait bon ici (*Math. xvii, 4*). »

2. Cherchons maintenant quel est le sens spirituel de ces choses. Or, je crois que dans l'Église le « lit » où l'on se repose ce sont les cloîtres et les monastères, dans lesquels on mène une vie exempte des soins et des inquiétudes du siècle. Ce lit est fleuri, parce que la conversation et la vie des frères brille des exemples et des instituts des pères, comme un champ émaillé de fleurs odoriférantes. Les « maisons » signifient les simples chrétiens, que ceux d'entre eux qui sont élevés en dignité, tels que les princes de l'Église et ceux du siècle, retiennent fortement par les lois qu'ils leur imposent, comme les solives retiennent et affermissent les murailles d'une maison, et empêchent que, vivant chacun à sa mode et à son gré, ils ne se désunissent comme des murs qui se séparent, et qu'ainsi tout l'édifice ne s'écroule. Pour les « lambris » qui sont appuyés fortement sur les solives, et qui ornent les maisons, je crois qu'ils signifient les mœurs douces et réglées du clergé, et les offices de l'Église remplis selon les rites. Car comment l'ordre des clercs pourra-t-il subsister, et les charges de l'Église seront-elles remplies comme il faut, si les princes, qui sont comme les solives de ces lambris, ne les soutiennent par leurs bienfaits, et ne les protègent par leur puissance ?

3. Or, s'il est dit que les solives sont de cèdre et

les lambris de cyprès, c'est parce que la nature de ces bois a quelque rapport aux deux ordres dont nous avons parlé plus haut. Le cèdre étant un bois qui ne se pourrit jamais, un arbre odoriférant et très-élevé, marque assez quelles personnes on doit choisir pour tenir lieu de poutres et de solives. Il faut donc que ceux qui sont établis sur les autres soient forts et généreux, qu'ils soient doux et patients, qu'ils aient l'esprit sublime et élevé, et que, répandant partout la bonne odeur de leur foi et de leur vertu, ils puissent dire avec l'Apôtre : « Nous sommes la bonne odeur de Jésus-Christ, pour Dieu en toute sorte de lieux (*II Cor. ii, 15*). » De même, le cyprès, étant aussi un bois qui sent bon et qui ne se pourrit point, montre que tout ecclésiastique, quel qu'il soit, doit être incorruptible dans sa foi et dans ses mœurs, pour servir d'ornement à la maison de Dieu, et en être comme le lambris. Car il est écrit : « La sainteté est l'ornement éternel de votre maison (*Psal. xcii, 5*). » Paroles qui expriment bien la beauté de la vertu et la persévérance d'une grâce qui ne s'altère jamais. Il faut donc que celui qui est choisi pour orner et embellir cette maison, soit orné lui-même de vertus ; et, non content du témoignage de sa conscience, il doit être tel que les autres aient de lui une opinion avantageuse. Il y a d'autres qualités encore dans ces bois qui ont beaucoup de rapport avec les choses que nous traitons spirituellement ; mais je les passe sous silence pour abrégé.

4. Remarquez comme l'état de l'Église est admirablement compris en très-peu de mots ; car un seul verset nous rappelle l'autorité des supérieurs,

Les solives de cèdre désignent les pasteurs constants.

Qui on doit élire pour Pasteurs.

Le cyprès représente l'incorruptibilité des clercs.

Ce qu'on doit prendre pour le corps du clergé.

En quoi consiste un heureux état pour l'Église.

requiem, et cum euntibus in Emmaus cordis ardorem non sustinens, ad mentis pertrahit hospitium, secum pernoctare compellit, et cum Petro loquitur : *Domine, bonum est nos hic esse.*

2. Jam quid spiritualiter ista contineant, requiramus. Et in Ecclesia quidem lectum in quo quiescit, claustra existimo esse et monasteria, in quibus quiete a curis vivitur sæculi, et sollicitudinibus vitæ. Atque is lectus floridus demonstratur, cum exemplis et institutis patrum; tanquam quibusdam bene olentibus respersa floribus, fratrum conversatio et vita refulget. Porro domos populares conventus intellige christianorum : quos hi qui in sublimitate positi sunt, christiani utique utriusque ordinis principes, quasi tigna parietes, justis impositis legibus fortiter stringunt, ne sua quique lege vel voluntate viventes, tanquam parietes inclinati et maceræ depulsæ dissideant a semetipsis, et sic omnis structura ædificii corruens dissipetur. *Laquearia* vero quæ a tignis firmiter pendent, et domos insigniter ornant, puto bene instituti cleri mansuetos et disciplinatos mores, ritæque administrata officia designare. Quomodo namque stabunt ordines clericorum, et administrationes eorum, si non principum, tanquam tignorum beneficio et munificentia sustententur, et protegantur potentia ?

3. Quod autem tigna cedrina, et cypressina laquearia

describuntur, natura absque dubio habet in his speciebus lignorum, quod congruat præfatis ordinibus. Et cedrus quidem quoniam imputribile est, nec non et odoriferum, altæque proceritatis lignum, satis indicat, quales oporteat assumi viros in vicibus tignorum. Ergo validos et constantes necesse est esse eos, qui super alios ordinantur, necnon et longanimes in spe, atque ad superna mentis verticem altollentes, qui etiam bonum fidei suæ et conversationis ubique odorem spargentes, dicere cum Apostolo possint : *Christi enim bonus odor sumus Deo in omni loco.* Cypressus item, boni æque odoris et imputribile similiter lignum, incorruptæ vitæ et fidei etiam quemvis de Clero debere esse demonstrat, ut merito decori domus ac laquearium ornatui deputetur. Scriptum est enim : *Domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudinem dierum.* Ubi sane et sanctimoniam decus, et indeficientis gratiæ expressa perseverantia est. Oportet ergo virum, qui ad ornamentum et decorem assumitur domus, bonis ornatum moribus esse ; et quamvis semper ipse sit intus, bonum tamen testimonium habere et ab his qui foris sunt. Sunt et alia in natura lignorum horum competentia his, quæ spiritualiter disseruntur : sed brevitatibus causa prætereo.

4. Notandum vero pulchre omnem Ecclesiæ statum

la beauté du clergé, la discipline du peuple et le repos des religieux. L'Église, leur sainte mère, se réjouit de les voir bien réglés, et les présente alors à son bien-aimé pour qu'il les voie aussi; elle lui rapporte tout à sa bonté, parce qu'il est l'auteur de tous biens, et ne s'attribue rien à elle-même. Car si elle dit : « Notre lit et nos maisons, » ce n'est pas pour s'attribuer ces choses, mais pour marquer son amour; l'excès de son affection lui donne cette confiance, et l'empêche de regarder comme étranger à son égard ce qui appartient à celui qu'elle aime avec passion. Elle croit qu'elle ne saurait être exclue de la maison de son époux ni empêchée de partager son repos, parce qu'en toutes choses elle a coutume de chercher plutôt ses intérêts à lui que les siens propres. Et c'est pour cela qu'elle se permet d'appeler leurs, le lit et les maisons que son époux possède. Elle dit, en effet : « Notre lit, les solives de nos maisons et nos lambris, » et ne fait point difficulté de s'associer dans la possession de ces biens à celui à qui elle est sûre d'être unie par l'amour. Il n'en est pas de même de celle qui n'a pas encore renoncé à sa propre volonté, mais qui reste couchée chez elle et qui a son chez soi, ou plutôt qui, au lieu de demeurer chez elle, vit dans le désordre et l'impudicité, avec des femmes débauchées, je veux parler des convoitises de la chair, avec lesquelles elle dissipe ses biens et sa portion de l'héritage paternel qu'elle a réclamée (*Luc. xv, 12*).

5. Mais vous qui entendez ou lisez ces paroles du Saint-Esprit, croyez-vous pouvoir vous en appliquer quelque chose, et ne reconnaissez-vous en

vous-même rien de cette félicité de l'Épouse que chante cet esprit divin dans ce cantique d'amour, et peut-on dire aussi de vous que vous entendez sa voix, mais que vous ne savez ni d'où elle vient ni où elle va? Peut-être désirez-vous aussi le repos de la contemplation; ce désir est louable, pourvu que vous n'oubliez point les fleurs dont le lit de l'Épouse est couvert. Ayez donc soin de répandre aussi sur le vôtre les fleurs des bonnes œuvres, et de faire précéder ce saint repos de l'exercice des vertus qui sont comme la fleur qui précède le fruit. Autrement ce serait être délicat à l'excès de vouloir vous reposer avant de vous être exercé, et de négliger la fécondité de Lia, pour ne jouir que des embrassements de Rachel. C'est un renversement de l'ordre que d'exiger la récompense avant de l'avoir méritée, et de manger avant de travailler, puisque l'Apôtre dit que « celui qui ne travaille point ne doit point manger (*Thez. iii, 10*). » L'observation de vos commandements m'a donné l'intelligence (*Psal. cxviii, 104*), dit le Prophète, pour vous apprendre que le goût de la contemplation n'est dû qu'à la pratique des commandements de Dieu. Ne vous imaginez donc pas que l'amour de votre propre repos doive préjudicier aux œuvres de la sainte obéissance, et aux ordres de vos supérieurs. Autrement l'Époux ne dormira pas avec vous dans un même lit, surtout dans un lit que vous aurez couvert des ciguës et des horties de la désobéissance, au lieu de l'embellir des fleurs de l'obéissance. C'est pourquoi il n'exaucera pas vos prières, et, lorsque vous l'appellerez, il ne viendra point. Car, comment voudrait-il se donner à un désobéissant,

Il ne faut point aspirer à la contemplation avant les bonnes œuvres.

Il faut avant tout commencer par l'obéissance.

brevi uno versiculo comprehensum, auctoritatem scilicet prælatorum. Cleri decus, populi disciplinam, monachorum quietem. In horum prorsus, cum recte sunt omnia, sancta mater Ecclesia consideratione lætatur, et tunc ea quoque offert intuenda dilecto, cum ad ejus, tanquam omnium auctoris, refert omnia bonitatem, nihil sibi ex omnibus tribuens. Nam quod ait, *noster et nostrarum*, non usurpationis est signum, sed dilectionis: quod nimis videlicet fiducia charitatis, nihil ejus, quem valde diligit, a se æstimet alienum. Nec enim se Sponsi contubernio, aut quietis ejus putat arcendam consortio, quæ semper non quæ sua, sed quæ illius sunt, quærere consuevit: et hæc causa, cur sibi et Sponso simul, sive lectulum, sive domos ausa sit pronuntiare communes. Dixit enim *lectulus noster, et tigna domorum nostrarum, et laquearia nostra*: audacter se in possessione associans, cui junctam non dubitat in amore. Non illa illa, quæ propriæ voluntati nondum abrenuntiavit, sed per se jacet, per se habitat: magis autem non per se, sed cum meretricibus luxuriose vivendo conversatur, concupiscentias loquor carnis, cum quibus dissipat bona sua, et portionem substantiæ, quam sibi dividi postulavit.

5. Cæterum tu qui has Spiritus-Sancti voces audis vel legis, putasne aliqua horum quæ dicuntur, valeas applicare

tibi, ac de felicitate Sponsæ, quæ hoc amoris carmine ab ipso Spiritu canitur, aliquid recognoscere in temetipso, ne dicatur et tibi, quia vocem ejus audis, et non scis unde veniat, aut quo vadat? En forte appetis et ipse contemplationis quietem, et bene facis: tantum ne obliviscaris flores, quibus lectulum Sponsæ legis adpersum. Ergo cura et tu tuum similiter circumdare honorum floribus operum, virtutum exercitio, tanquam flore, fructum sanctum otium prævenire. Alioquin delicato satis otio dormire voles, si non exercitatus quiescere appetas, et Liæ fœcunditate neglecta, solis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed et præposterus ordo est, ante meritum exigere præmium, et ante laborem sumere cibum, cum dicat Apostolus: *Qui non laborat non manducet. A mandatis tui intellexi*, inquit: ut scias, nisi obedientiæ mandatorum contemplationis gustum penitus non deberi. Non igitur putes de propriæ amore quietis, sanctæ obedientiæ actibus, seniorumve traditionibus præjudicium ullatenus iaciendum. Alioquin non dormiet tecum Sponsus in lecto uno, illo præsertim, quem tibi pro obedientiæ floribus, cicutis atque urticis inobedientiæ adpersisti. Propter quod non exaudiet orationes tuas, vocatusque non veniet, nec enim dabit inobedienti copiam sui tantus obedientiæ amator, ut mori quam non obedire

Pour l'âme qui aime Dieu, tout est commun entre elle et lui.

lui qui a tant aimé l'obéissance, qu'il a préféré mourir que de ne pas obéir? Et comment approuverait-il le repos inutile de votre contemplation, lui qui a dit par le Prophète : « J'ai travaillé avec patience (*Jer. vi, 11*), » en parlant du temps où, exilé du ciel et de la souveraine paix, il a opéré le salut au milieu de la terre. J'ai bien peur que vous n'entendiez plutôt cette voix terrible, cette voix de tonnerre qu'il a fait retentir contre la perfidie des Juifs : « Je ne puis plus souffrir vos fêtes, vos jours de repos et vos autres solennités (*Isa. i, 13*), » et encore : « mon âme hait vos fêtes et vos assemblées, et elles me sont devenues insupportables, » et le Prophète se lamentera sur vous et dira : « Ses ennemis l'ont regardé avec mépris, et se sont moqués de ses jours de fêtes et de repos (*Thren. i, 7*). » Pourquoi, en effet, son ennemi ne se moquerait-il pas de ce que le bien-aimé rejette avec horreur?

6. Je suis extrêmement surpris de l'impudence de quelques-uns d'entre nous qui, après nous avoir troublés tous par leur singularité, irrités par leur impatience, méprisés par leur opiniâtreté et leur rébellion, infestés par leur désobéissance, ne laissent pas d'avoir la hardiesse de convier par d'instantes prières le Seigneur de toute pureté à venir dans le lit de leur concupiscence tout souillé

a Dans plusieurs éditions on a ajouté ici ces mots : « Souillés par leur désobéissance; » mais c'est une redondance qui fait double emploi avec ce qui précède, et qu'ont évité avec raison la plupart des manuscrits. Les premières éditions, omettant la phrase précédente, font dire seulement à saint Bernard : « Méprisés pour leur opiniâtreté et leur rébellion. » Qu'il nous soit permis de témoigner ici notre étonnement que, dans une assemblée aussi sainte il se soit trouvé, sinon beaucoup, du moins un certain nombre de religieux indisciplinés, ce qui ressort plus clairement encore des sermons LXXXIV, n. 4, et du livre VII de la Vie de saint Bernard. On peut revoir à ce sujet le III sermon pour le jour de la Dédicace, numéro 3, le XXXIV des sermons divers numéro 6. Il est évident que par tout des méchants se trouvent mêlés aux bons.

maluerit. Sed neque approbat tuæ contemplationis inane otium, qui dicit per Prophetam, *Laboravi sustinens* : significans tempus, quo exsul cælo et patria summæ quietis, operatus est salutem in medio terræ. Magis autem vereor, ne te quoque involvat formidolosa illa sententia, ita intonans in perfidiam Judæorum : *Neomenias vestras, et sabbata, et festivitates alias non feram. Item, kalendas vestras et solemnitates vestras odit anima mea; facta sunt mihi molesta. Et lugebit super te Propheta, et dicit : Viderunt eam hostes et deriserunt sabbata ejus. Cur enim quod dilectus repudiat, non irideat inimicus ?*

6. Miror valde impudentiam aliquorum qui inter nos sunt, qui cum omnes nos sua singularitate turbaverint, sua impatientia irritaverint, sua contumacia et rebellione contempserint, audent nihilominus ad tam fœdum conscientiæ suæ luctulum omni orationum instantia totius puritatis Dominum invitare. At cum extenderitis, ait, *manus vestras, avertam oculos meos, et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam.* Quid enim? Lectulus non est floridus, magis autem et putidus est; et tu illuc Regem gloriæ trahis? Ad pausandum hoc facis, an ad

par des impuretés. Mais « lorsque vous lèverez vos mains en haut, » dit-il. « je détournerai mes yeux, et lorsque vous multiplierez davantage le nombre de vos oraisons, je ne vous écouterai point (*Isa. i, 15*). » Eh quoi! votre lit, loin d'être semé de fleurs, est tout couvert d'ordures, et vous êtes assez effronté pour y vouloir attirer le roi de gloire? Est-ce pour qu'il s'y repose, ou pour qu'il vous adresse des reproches? Le centenier de l'Évangile le prie de ne point entrer chez lui à cause de son indignité (*Math. viii, 3*), lui néanmoins dont la foi répand une odeur merveilleuse dans Israël; et vous, vous l'excitez à entrer dans votre âme, tout souillé que vous êtes par la boue de vos vices! Le prince des apôtres crie : « Retirez-vous de moi, Seigneur, parce que je suis un pécheur (*Luc. v, 8*); » et vous dites : Entrez dans moi, Seigneur, parce que je suis saint. « Priez tous unanimement, » dit l'apôtre saint Pierre, « et aimez la charité fraternelle (*Pet. ii, 17*), » et le vase d'élection : « Levez au ciel des mains pures, sans colère et sans contention (*i Tim. ii, 2*). » Voyez-vous comment le prince des apôtres, et le Docteur des nations s'accordent et parlent avec un même esprit touchant la paix et la tranquillité que doit avoir celui qui prie? Continuez donc à lever, des jours entiers, les mains vers le Seigneur, vous qui, tout le jour, tourmentez vos frères, détruisez l'union des cœurs, et vous séparez de l'unité.

7. Que voulez-vous que je fasse, me direz-vous? Je veux, avant tout, que vous purifiez votre conscience de toute colère, de toute contention, de tout murmure, de toute jalousie, et que vous vous hâtiez de bannir de votre cœur tout ce qui est contraire à la paix qui doit régner entre les frères ou à l'obéissance due aux supérieurs. Ensuite, que

Quelle préparation leur est nécessaire pour arriver à la contemplation.

causandum? Centurio vetat illum intrare sub tectum suum propter suam indignitatem, cujus tamen fides in universo redolet Israel: et tu ad te compellis intrare, tantorum sordens spurcitia vitiorum? Clamat Apostolorum Princeps, *Exi a me Domine, quia homo peccator sum*: et tu dicis, intra ad me Domine, quoniam sanctus sum? *Omnes, inquit, unanimes in oratione estote, fraternitatem diligite.* Et Vas electionis: *Levantes puras manus* ait, *sine ira et disceptione.* Videsne quomodo concordent sibi, et eodem spiritu de pace et tranquillitate animi (quam habere debet ille qui orat) loquantur Princeps apostolorum, et Doctor gentium? Perge ergo tu tota die expandere ad Deum manus tuas, qui fratres tota die molestas, unanimitatem impugnas, ab unitate te separas.

7. Et quid me vis facere, inquis? Perfecto ut primo quidem emundes conscientiam ab omni inquinamento iræ et disceptionis, et murmuris, et livoris; et quidquid omnino adversari cognoscitur aut paci fratrum, aut obedientiæ seniorum, de cordis habitaculo eliminare festines. Deinde etiam circumdare tibi flores bonorum quorumcumque actuum et laudabilium studiorum, atque

Saint Bernard blâme ceux de ses religieux qui se montrent indisciplinés.

vous l'orniez des fleurs de toute sorte de bonnes œuvres, et d'exercices louables, puisque vous l'embaumiez du parfum des vertus, c'est-à-dire, de la vérité, de la chasteté, de la justice, de la sainteté, et généralement de tout ce qui sert à rendre aimable, de tout ce qui est de bonne édification, de tout ce qui est vertueux, de tout ce qui est louable dans le règlement des mœurs ; voilà à quoi vous devez penser, à quoi vous devez vous occuper. Après cela vous pourrez appeler l'Époux avec confiance, parce que lorsque vous le conduirez dans votre âme, vous pourrez dire avec vérité aussi bien que l'Épouse : « Notre lit est tout fleuri ; » car votre conscience répandra de toutes parts les parfums de la piété, de la paix, de la douceur, de la justice, de l'obéissance, de la gaieté, et de l'humilité. Mais demeurons-en-là pour ce qui regarde le lit.

8. Quant à la maison, chacun peut se considérer comme la maison spirituelle de Dieu, pourvu qu'il ne marche plus selon la chair, mais selon l'esprit. « Le temple de Dieu est saint, » dit l'Apôtre « et c'est vous qui êtes ce temple (1 Cor. III, 17). » Ayez donc bien soin, mes frères, de cet édifice spirituel, qui n'est autre chose que vous-mêmes, de peur que lorsqu'il commencera à s'élever, il ne joue et ne s'écroule, ce qui arrivera s'il n'est appuyé sur de bon bois, et s'il n'est bien cimenté. Ayez donc soin de ne bâtir qu'avec un bois qui soit incorruptible et qui ne joue pas, c'est-à-dire sur la crainte de Dieu, cette crainte chaste qui dure éternellement ; sur la patience, dont il est écrit : « La patience des pauvres ne périra jamais (Psal. IX,

19) ; » sur la longanimité qui, demeurant ferme sous le poids de quelque lourde construction que ce puisse être, dure jusqu'aux siècles infinis de la vie bienheureuse, selon ce mot du Sauveur dans l'Évangile, « celui qui persévérera jusqu'à la fin sera sauvé (Matth. X, 22) ; » mais principalement sur la charité qui ne faiblit jamais, attendu que « l'amour est fort comme la mort, et que le zèle de la jalousie est aussi inflexible que l'enfer (Cant. VIII, 6). » Ayez soin ensuite de les recouvrir, et de les relier par d'autres bois également beaux et précieux, si toutefois vous pouvez vous la procurer aisément ; car ils ne servent que pour faire le lambris, et pour orner la maison ; ce sont les discours de la sagesse ou de la science, la prophétie, le don de faire des miracles, et d'interpréter les Écritures, et autres semblables qui servent plus à l'ornement qu'au salut de l'âme. Je n'ai point de précepte à vous donner sur cela, ce n'est qu'un conseil ; car il est certain qu'on ne se procure ces bois-là qu'à grand'peine, qu'on ne les trouve que difficilement, et qu'on ne les met en œuvre qu'avec beaucoup de danger ; notre terre, surtout en ce temps-ci, n'en produit que fort peu. C'est pourquoi, je vous conseille et vous recommande de ne pas vous appliquer trop à les rechercher. Servez-vous plutôt des autres bois pour faire vos lambris ; et quoiqu'ils paraissent moins beaux, on sait qu'ils ne sont pas moins solides, sans compter que l'acquisition en est plus facile.

9. Plût à Dieu seulement que j'eusse beaucoup de ces bois qui abondent dans le jardin de l'Époux, je veux dire dans l'Église, et qui sont la paix, la

Les poutres de cette maison sont la crainte du Seigneur, la patience, etc.

Les lambris sont les grâces gratuitement données.

Ces dons sont rares.

Ce sont les fruits du Saint-Esprit.

odorama virtutum, id est quæcumque sunt vera quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ ; hæc cogitare, in his exerceri curato. Ad istiusmodi secure vocabis Sponsum : quoniam cum introduxeris eum, veraciter dicere poteris et tu, quia *lectulus noster floridus*, redolente nimirum conscientia pietatem, sed pacem, sed mansuetudinem, sed justitiam, sed obedientiam, sed hilaritatem, sed humilitatem. Et de lectulo quidem sic.

8. Domum vero Dei, spiritualem seipsum quisque agnoscat, qui tamen jam non in carne ambulet, sed in spiritu. *Templum enim Dei*, ait, *sanctum est, quod estis vos*. Curate ergo, fratres, spiritali huic ædificio, quod vos estis, ne forte cum in superiora proficere cœperit, vacillet et corruat, si lignis fortibus non fuerit subnixum et colligatum : curate, inquam, illi ligna dare imputribilia et immobilia, timorem videlicet Domini castum, illum, qui permanet in sæculum sæculi : patientiam, de qua scriptum est, quia *patientia pauperum non peribit in finem* : Longanimitatem quoque, quæ sub quovis structuræ pondere inflexibilis perseverans, in infinita sæcula vitæ beatæ protenditur, Salvatore loquente in Evangelio ; qui perseveraverit usque in finem, hic salvus

erit. Magis autem super omnia charitatem, quæ nunquam excidit, quia *fortis est*, inquit, *ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio*. Studete deinde his tignis substernere et alligare ligna alia æque pretiosa et pulchra, cui tamen illa ad manum fuerint in opus laquearium ad decorem domus, sermonem scilicet sapientiæ sive scientiæ, prophetiam, gratiam curationum interpretationem sermonum, et cætera talia, quæ magis noscuntur sane apta ornatui, quam necessaria forte salutis. De his præceptum non habeo, concilium autem do : quoniam quidem istius modi ligna constat et laboriose quæri, et difficile inveniri, et periculose elaborari, (nam et rara ea, præsertim his temporibus terra nostra producere reperitur) consulo sane et moneo non multopere ista requiri : magis autem ex lignis aliis laquearia præparari, quæ etsi minus appareant splendida, non minus tamen valida esse probantur, insuper et facilius possidentur, et tutius.

9. Utinam et mihi illorum suppetat copia lignorum, quibus hortus Sponsi Ecclesia copiose densatur, pax, bonitas, benignitas, gaudium in Spiritu-Sancto, misereri in hilaritate, tribuere in simplicitate, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. En non tu illam domum (quod ad laqueria spectat) satis abundeque ornatam censeas, quam talibus lignis inspexeris sufficienter

L'homme spirituel est la maison de Dieu.

bonté, la douceur et la joie dans le Saint-Esprit, qui font donner avec gaieté et simplicité, se réjouir avec ceux qui se réjouissent, et pleurer avec ceux qui pleurent. N'estimerez-vous pas qu'une maison ainsi lambrissée a d'assez beaux lambris? Seigneur, j'aime la beauté de votre maison. Donnez-moi toujours, s'il vous plaît, de ce bois dont je puisse orner la chambre de ma conscience et de celle des autres. Je m'en contenterai, parce que je crois que vous vous en contenterez aussi, et il y en aura sans doute qui, suivant mon conseil, s'en contenteront pareillement. Je laisse les autres aux saints apôtres, et aux hommes apostoliques. Mais vous, mes chers enfants, quoique vous n'ayez pas ces bois précieux, si néanmoins vous possédez les autres, ne laissez pas de vous approcher avec confiance de la pierre suprême, de la pierre angulaire, de la pierre choisie et précieuse, et, étant vous-mêmes des pierres vivantes et animées, entrez dans cet édifice bâti sur le fondement des apôtres et des prophètes. Soyez comme des maisons spirituelles, et comme un sacerdoce sacré, pour offrir des hosties spirituelles et agréables à Dieu par Notre Seigneur Jésus-Christ, l'époux de l'Église, qui étant Dieu est au dessus de toutes choses, et béni à jamais. Ainsi soit-il.

Dans qu'il faut préférer.

que l'Épouse a dit, que le lit est tout couvert de fleurs. Car, de peur qu'elle ne s'attribue les fleurs dont le lit et la chambre sont parés, l'Époux répond qu'il est lui-même la fleur du champ, que les fleurs ne viennent pas de la chambre, mais du champ qui leur donne l'éclat et l'odeur qui les distinguent, pour que personne ne puisse adresser des reproches à son Épouse, et lui dire : « Qu'avez-vous que vous n'avez reçu, et si vous l'avez reçu pourquoi vous en glorifiez-vous comme si vous le teniez de vous-même (1 Cor. iv, 7)? » Il daigne lui-même par sa bonté, comme un amant jaloux et un maître plein de bonté, apprendre à sa bien-aimée, à qui elle doit attribuer la beauté et l'odeur agréable des fleurs répandues sur son lit. « Je suis la fleur du champ, » lui dit-il, c'est à moi que vous êtes redevable de ce dont vous vous glorifiez. Ce qui rappelle bien à propos que nous ne devons point nous glorifier, et que si quelqu'un se glorifie, il doit le faire dans le Seigneur. Voilà pour ce qui concerne la lettre. Tâchons maintenant, avec l'assistance de ce même Époux, de pénétrer le sens spirituel qu'elle renferme.

Teneur du texte sacré.

2. Or remarquez d'abord trois sortes d'états où se trouvent les fleurs : elles sont dans le « champ, » dans le « jardin ou dans la chambre, » et vous comprendrez plus aisément ensuite pourquoi il s'est appelé de préférence plutôt « la fleur du champ. » Les fleurs naissent dans les champs et dans les jardins, mais non dans la chambre. Elles y brillent et y sentent bon, néanmoins elles n'y sont pas droites sur leur tige, comme dans le jardin ou dans le champ, mais elles y sont couchées par terre, parce qu'elles n'y sont pas venues, mais y ont été appor-

Il y a trois sortes de fleurs.

SERMON XLVII.

Les trois fleurs de la virginité, du martyre et des bonnes œuvres : de la dévotion pour l'office divin.

« 1. Je suis la fleur du champ, et le lis des vallées. (Cant. II, 1). » Je crois que cela se rapporte à ce

.....

compositeque tabulatam ? Domine, dilexi decorem domus tuæ. Semper da mihi ligna hæc, quæso, quibus tibi semper ornatum exhibeam thalamum conscientiæ : conscientiam dico et meæ, et alterius. His contentus ero. Erunt et qui meo in hac re concilio acquiescere volent, quia et te puto forte contentum : cætera sanctis apostolis, et viris apostolicis derelinquo. Sed et vos dilectissimi, tametsi illa ligna non habeatis; nihilominus tamen, si hæc habetis, confidite : nihilominus cum omni fiducia accedite ad lapidem summum, angularem, electum, pretiosum; nihilominus super fundamentum apostolorum et prophetarum et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domos spirituales hostias, acceptabiles Deo, per Jesum-Christum, sponsum Ecclesiæ, Dominum nostrum, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO XLVII.

De triplici flore, scilicet virginitatis, martyrii, et bonæ operationis; et devotione habenda circa divinum officium.

1. *Ego flos campi, et lilium convallium.* Ad hoc respicere puto, quod Sponsa de respersis lectulum floribus

commendarat. Ne enim sibi flores adscriberet illos, quibus lectulus decoratus, et venustatus thalamus videbatur, infert Sponsus se esse florem campi; nec de thalamo sane prodire flores, sed de campo, et suo munere et sui participatione fieri quod renitet, et quod redolet. Ne quis ergo exprobrare illi posset, et dicere, *Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* ipse dilectæ suæ, sicut ambitiosus amator, ita informator benignus, pie illi dignanterque demonstrat, cui nitorem, de quo gloriabatur, ac suaveolentiam lectuli debeat deputare. *Ego flos campi,* inquit : de me est quod gloriaris. Saluberrime admonetur et ex hoc loquo, qui nequaquam gloriarum oportet : et *si quis gloriatur, in Domino gloriatur.* Et secundum litteram istud : nunc jam scrutemur, ipso de quo loquitur adjuvante, spirituales qui in ea tegitur intellectum.

2. Et primo adverte nunc mihi trifarium quemdam floribus statum, in campo, in horto, in thalamo : ut post hoc etiam illud facilius compertum fiat, cur se potissimum campi florem elegerit appellare. Et in campo quidem atque in horto oritur flos, in thalamo autem minime. Redolet et lucet in eo, non tamen erectus et stans, ut in horto vel campo : sed plane jacens, tan-

tées. Aussi est-il nécessaire de les renouveler souvent, et d'en apporter toujours de fraîches, parce qu'elles ne conservent pas longtemps leur odeur, ni leur beauté. Si, comme nous l'avons dit dans un autre discours, le lit semé de fleurs est l'âme remplie de bonnes œuvres, vous voyez sans doute, pour garder la même comparaison, qu'il ne suffit pas de faire le bien une ou deux fois, mais qu'il faut ajouter sans cesse de nouvelles actions de vertu aux premières, afin qu'après avoir semé avec abondance, vous recueilliez avec abondance aussi. Autrement les fleurs des bonnes œuvres languissent et se flétrissent, et elles perdent bientôt toute leur beauté et leur vigueur, si les premières ne sont continuellement remplacées par d'autres nouvelles. Voilà pour ce qui est de la « chambre. »

3. Mais il n'en va pas de même dans les jardins ni dans les champs, ils fournissent, en effet, sans cesse aux fleurs qu'ils produisent, de quoi se maintenir longtemps dans la beauté qui leur est naturelle. Il y a pourtant cette différence entre eux, que le jardin, pour porter des fleurs, a besoin de la main et de l'art de l'homme qui le cultive ; au lieu que le champ en produit de lui-même et sans le secours et la culture des hommes. Vous voyez déjà, je pense, quel est ce champ, qui n'est ni labouré avec la charrue ou avec le hoyau, ni fumé, ni semencé et qui, néanmoins, est orné de cette belle fleur sur laquelle il est certain que l'esprit du Seigneur s'est reposé. « L'odeur qui sort de mon fils, » dit le patriarche Isaac, « est comme l'odeur d'un champ plein de fleurs, sur lequel Dieu a répandu sa bénédiction (*Gene. xxvii, 27*). » Cette fleur du champ

n'avait pas encore revêtu sa beauté, et déjà elle répandait une odeur excellente, puisque ce saint patriarche accablé de vieillesse, presque privé de la vue ; mais dont l'odorat était très-subtil, la pressentit en esprit, en sorte qu'il ne put retenir ce cri de joie. Il ne fallait donc pas que l'Époux se dit une fleur de la chambre, puisqu'il est une fleur toujours vigoureuse, ni du jardin, de peur qu'il ne semblât engendré par l'opération de l'homme. Mais il dit avec beaucoup de grâce et de justesse « Je suis la fleur du champ, » puisqu'il est venu sans le concours de l'homme, et que, depuis qu'il est une fois venu, il n'a point souffert de corruption, suivant cette parole du Prophète : « Vous ne permettez pas que votre saint voie la corruption (*Psal. xv, 10*). »

4. Mais écoutez encore, s'il vous plaît, une autre raison de ceci, que je ne crois pas méprisable. En effet, pourquoi le Sage dit-il que le Saint-Esprit se montre sous diverses formes, sinon parce qu'il a coutume de cacher plusieurs sens spirituels sous l'écorce de la même lettre ? Aussi, selon la division que nous venons de faire de l'état différent des fleurs, la « virginité est » une fleur, le martyr en est une autre, « l'action vertueuse » en est une aussi. La virginité est dans le jardin, le martyr dans le « champ, » et l'action de vertu dans la « chambre. » Or c'est avec raison que la virginité est dans le jardin, car elle est amie de la pudeur, elle fuit le public, se plaît à être cachée, et aime la règle et la discipline ; d'ailleurs les fleurs dans un jardin sont enfermées, au lieu qu'elles sont exposées dans le champ, et répandues dans la chambre.

La persévérance dans les bonnes œuvres est nécessaire.

Différence entre les fleurs des jardins et celles des champs.

Autre allégorie de ce passage.

La virginité est la fleur des jardins.

quam qui illatus sit, non innatus. Propterea et necesse est sane reparare frequenter, et semper recentiores apponere flores, quod diu odorem suum minime retineant, nec decorem. Quod si (ut in alio sermone præfatus sum) lectulus respersus floribus conscientia est bonis referta operibus : vides certe, ut similitudo servetur, nequaquam sufficere semel vel secundo operari quod bonum est, nisi incessanter addas nova prioribus, quatenus seminans in benedictionibus, de benedictionibus et metas. Alioquin jacet et marcescit flos boni operis, atque in brevi omnis ex eo et nitor exterminatur, et vigor, si non aliis atque aliis superjectis pietatis actibus continue reparatur, Hoc in thalamo.

3. In horto autem non ita sed neque in campo similiter. Ex se enim semel productis floribus assidue ministrant, unde diu in ipsis decus ingenitum perseveret. Differunt tamen et ipsi inter se, quod hortus quidem ut floreat, hominum manu et arte excolitur : campus vero ex semetipso naturaliter producit flores, et absque omni humanæ diligentia adjutorio. Putasne jam tibi videris advertere quisnam ille sit campus, nec sulcatus vomere, nec defossus sarculo, nec simo impinguatus, nec manu hominis seminatus ; honestatus* tamen nihilominus nobili illo flore, super quem constat requievisse Spiritum Domini ? Ecce, inquit, odor filii mei, sicut odor

agri pleni, cui benedixit Dominus. Necdum speciem suam ille flos agri induerat, et jam dabat odorem suum quando eum, ut hoc præ gaudio exclamaret, præsentit spiritu, corpore nascens sanctus et senex patriarcha, caligans visu, sep odoratu sagax. Non se proinde debuit florem thalami protestari, qui flos est perpetuo vigens : sed neque item horti, ne humano videretur opere generatus. Pulchre autem et convenientissime flos campi sum, ait, qui et absque humana industria prodiit, et semel prodeunti nulla est deinceps dominata corruptio, ut sermo impleatur quem dixit : Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

à faire de nouveaux gains spirituels. Cependant l'âme flotte souvent au milieu de ces vicissitudes, continuelles, et appréhende, tandis qu'elle est entraînée çà et là par la diversité de ces mouvements, de s'attacher à l'un ou à l'autre plus qu'il ne faudrait, et de se détourner tant soit peu de ce que Dieu demande d'elle. C'est peut-être ce qui faisait dire au saint homme Job : « Lorsque je dors, je dis en moi-même, quand me lèverai-je ? et lorsque je suis levé, j'attends le soir avec impatience (*Job VII, 4*). » C'est-à-dire, lorsque je suis en repos, je m'accuse d'avoir négligé le travail, et lorsque je suis occupé, je m'accuse d'avoir troublé mon repos. Voyez-vous quelle peine ce saint homme souffre dans l'incertitude où il est de savoir combien de temps il doit employer soit à l'action, soit à la contemplation ? Et quoique il soit toujours dans l'exercice des bonnes œuvres, il ne laisse pas de se repentir toujours de ce qu'il a fait comme s'il avait mal fait, et de chercher à chaque moment la volonté de Dieu avec gémissements et avec larmes. Or, dans ces rencontres, l'unique remède est l'oraison et les fréquents soupirs qu'on adresse à Dieu, afin qu'il daigne nous faire connaître ce qu'il désire que nous fassions, quand et combien de temps il veut que nous le fassions. Il y a trois choses à savoir : la prédication, l'oraison, et la contemplation, marquées, comme je crois, dans les trois paroles de l'Époux. Car c'est à bon droit qu'il appelle l'Épouse sa bien-aimée, elle travaille en effet bien fidèlement pour ses intérêts, en prêchant, en donnant des conseils au prochain, ou en le servant. C'est encore très-justement qu'il l'appelle sa colombe, car elle gémit dans l'oraison,

prie pour ses fautes et ne cesse d'attirer sur elle sa miséricorde divine. Enfin, c'est avec raison encore qu'il la nomme belle, puisque, brûlant des désirs célestes, elle se revêt de la beauté d'une contemplation sublime.

10. Peut-être même pourrait-on trouver un rapport fort raisonnable avec ce triple bien que possède une même âme, et ces trois personnes de l'Évangile qui demeuraient dans une même maison, et qui étaient les amies intimes du Sauveur. Je veux parler de Marthe, de Marie et de Lazare. Car Marthe servait, Marie vaquait à la contemplation, et le Lazare gémissait sous la pierre de sa tombe, et demandait avec instance la grâce de la résurrection. Cela soit dit pour faire entendre pourquoi l'Écriture représente l'Épouse si glorieuse et si vigilante à observer tous les pas de l'Époux, quelle remarque ponctuellement quand il vient à elle, et avec quel empressement il marche, s'il est loin, s'il est proche, s'il est présent, en sorte que, quelque diligence qu'il fasse, il ne la saurait jamais surprendre, et pourquoi enfin, elle mérite non-seulement qu'il la regarde favorablement, mais même qu'il la réjouisse par des paroles douces et amoureuses, et que la voix de son Époux remplisse son âme d'allégresse.

11. Nous avons ajouté peut-être avec une certaine hardiesse que toute âme qui veillera comme l'Épouse, sera aussi saluée de l'Époux du nom de bien-aimée, sera consolée comme colombe, sera embrassée comme sa belle. Tout homme sera réputé parfait, quand son âme réunira ces trois choses, gémir sur soi, se réjouir en Dieu, servir son prochain, et se montrer ainsi lui-même agréa-

idipsum, quanto se fructuosius intermisisse meminert; et item sumpto contemplationis gustu, valentius ad conquirenda lucra solita alacritate recurrat. Cæterum inter has vicissitudines plerumque mens fluctuat, metuens, et vehementer exæstuans, ne forte alteri horum, dum suis affectionibus hinc inde distrahitur, plus justo inhæreat; et sic in utrolibet vel ad modicum a divina deviet voluntate. Et fortasse tale aliquid sanctus Job patiebatur, cum diceret : *Si dormiero, dico, quando consurgam ? et rursum exspectabo vesperam*. Hoc est, et quietus, neglecti operis, et occupatus, perturbatæ nihilominus uietis me arguo. Vides virum sanctum inter fructum operis, et somnum contemplationis graviter æstquare : et in bonis licet semper versantem, semper tamen quasi de malis pœnitentiam agere, et Dei cum gemitu momentis singulis inquirere voluntatem. Unicum quippe in hujusmodi remedium seu refugium oratio est, et frequens gemitus ad Deum : ut quid, quando, et quatenus nos facere velit, assidue nobis demonstrare dignetur. Habes, ut ego opinor, tria hæc, idest prædicationem, orationem, contemplationem, in tribus commendata et designata vocabulis. Etenim merito *amica* dicitur, quæ Sponsi lucra studiose ac fideliter prædicando, consulendo, ministrando conquirat. Merito *columba*, quæ nihilominus

pro suis delictis in oratione gemens et supplicans, divinam sibi non cessat conciliare misericordiam. Merito quoque *formosa*, quæ cælesti desiderio fulgens, supernæ contemplationis decorem se induit, horis duntaxat, quibus commode et opportune id potest.

10. Sed et illud vide, si valeat coaptari huic triplici unius animæ bono, de tribus videlicet personis illis in domo una commanentibus, amicis utique Salvatoris, et admodum familiaribus ei. Martham loquor ministrantem, et Mariam vacantem, et Lazarum quasi gementem sub lapide, et resurrectionis gratiam flagitantem. Hæc dicta sunt pro eo quod Sponsa describitur adeo solers et pervigil in observando semitas Sponsi, ut minime eam latere possit, quando, et in quanta festinatione ad se veniat; sed et quando longe, et quando prope, et quando præsens sit, nulla subitatione præoccupari valeat ut ignoret : et quia proinde meruerit, non solum respici misericorditer, sed et dignanter lætificari amoris vocibus, et gaudere gaudio propter vocem Sponsi.

11. Nos quoque ad hæc, quamvis audacter, adjecimus, quod quævis etiam de nobis anima, si similiter vigilet, similiter et salutabitur ut *amica*, consolabitur ut *columba*, amplexabitur ut *formosa*. Perfectus omnibus reputabitur,

ble à Dieu, circonspect envers lui-même, utile aux autres. Mais qui est capable de ces trois choses ensemble ? Plût à Dieu que, après bien des années, elles pussent se rencontrer, je ne dis pas toutes ensemble dans chacun de nous, mais chacune dans quelques-uns de nous. Nous avons parmi nous une Marthe, l'amie du Sauveur, dans ceux qui administrent fidèlement les choses extérieures. Nous avons aussi un Lazare, une colombe gémissante, en la personne des novices qui, morts à leurs péchés depuis peu de temps, travaillent avec gémissement et dans la crainte du jugement de Dieu à guérir leurs plaies encore récentes, et, comme des blessés qui reposent dans les tombeaux et dont on ne se souvient plus du tout, croient qu'on les a mis en oubli, jusqu'à ce que par le commandement de Jésus-Christ, le poids de leur crainte étant levé, comme une pierre massive qui les accablait, ils puissent respirer dans l'espérance du pardon. Nous avons aussi une Marie contemplative, en ceux qui, avec le temps, par la coopération de la grâce, sont arrivés à un état plus parfait et plus agréable, présumant déjà de leur pardon, et ne sont plus si en peine de repasser en leur esprit la triste image de leurs péchés, que de méditer nuit et jour la loi de Dieu, sans pouvoir jamais se rassasier d'un plaisir si doux. Quelquefois même, contemplant avec une joie ineffable la gloire que l'Époux a découverte, ils sont transformés en son image, et passent de clarté en clarté, comme conduits par le Saint-Esprit. Pour ce qui est maintenant de savoir pourquoi l'Époux exhorte l'Épouse à se lever et à se hâter, lui, qui peu de temps auparavant avait défendu qu'on la réveillât, nous expliquerons cela une autre fois. Que l'Époux de l'Eglise, Jésus-Christ

Notre-Seigneur daigne seulement nous honorer aussi de sa présence, et nous découvrir la raison de ce mystère, Lui qui étant Dieu par dessus toutes choses est béni dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

SERMON LVIII.

Comment l'Époux invite l'Épouse c'est-à-dire les hommes parfaits à se charger de la conduite des imparfaits. On doit couper chez eux le vice jusque dans sa racine, pour que les vertus poussent à la place.

1. « Levez-vous, hâtez-vous, ma bien-aimée, ma colombe, ma belle, et venez (*Cant.* 11, 10). » Qui dit cela ? C'est évidemment l'Époux. Mais n'est-ce pas lui aussi qui, peu de temps auparavant, avait tant de soin d'empêcher qu'on ne réveillât sa bien-aimée ? Comment donc maintenant lui commande-t-il, non-seulement de se lever, mais même de se hâter ? Il me vient dans l'esprit quelque chose de semblable dans l'Évangile. Car la nuit que le Seigneur fut livré aux Juifs après avoir commandé aux disciples qui étaient avec lui, et qui se trouvaient fatigués de longues veilles, de dormir et de se reposer, il leur dit à l'heure même ^a : « Levez-vous, allons-nous en, voici celui qui doit me livrer qui approche (*Matth.* xxvi, 45). » Ici aussi, presque au même moment il défend de réveiller l'Épouse, et il la réveille : « levez-vous, dit-il, et venez. » Que veut donc dire un changement si subit de volonté ou de dessein ? Faut-il croire que l'Époux ait agi avec légèreté, et qu'il ait commencé

^a Quelques éditions modernes ajoutent à ces mots « de se lever. » Ils manquent dans la plupart des manuscrits et des premières éditions des œuvres de saint Bernard. La leçon que nous préférons est plus agréable est plus coulante.

in cujus anima tria hæc congruenter atque opportune concurrere videbuntur, ut et gemere pro se, et exultare in Deo noverit, simul et proximorum utilitatibus potens sit subvenire; placens Deo, cautus sibi, utilis suis. Sed ad hæc quis idoneus? Utinam ipsa in universis nobis. etsi non tota in singulis, saltem singula in diversis, sicut hodie haberi videntur, longis reserventur temporibus! Habemus et Lazarum, tanquam columbam gementem, Novitios utique, qui nuper peccatis mortui, pro recentibus adhuc plagis laborant in gemitu suo sub timore judicii; et sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorum nemo est memor amplius, sic se non putant reputari, donec ad Christi jussionem sublato pondere timoris, tanquam prementis lapidis mole, respirare in spem veniæ possint. Habemus quoque Mariam contemplantem in illis, qui processu longioris temporis, cooperante gratia Dei, in aliquid melius et lætius proficere potuerunt; quando jam de indulgentia præsumentes, non tam versare intra se solliciti sunt tristem imaginem peccatorum, quam certe in lege Dei meditari die ac nocte insatiabiliter delectantur; interdum etiam revelata facie gloriam Sponsi cum ineffabili gaudio speculantes, in eandem imaginem transformantur de claritate in claritate, tanquam a Domini Spiritu. Jam ad quid

Sponsam surgere et properare hortetur is, qui paulo ante defensare visus est eam, ne dormiens suscitaretur, alio sermone videbimus. Adsit ipse, ut et hujus nobis sacramenti rationem aperire dignetur, sponsus Ecclesiæ Jesus-Christus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

SERMO LVIII.

Quomodo Sponsus hortatur Sponsam, id est viros perfectos, ad regimen imperfectorum. Item de putatione vitiorum in eis facienda, ut virtutes succrescant.

1. *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, et veni.* Quis hoc dicit? Absque dubio Sponsus. Et nonne ipse est, qui paulo ante suscitari dilectam tantopere prohibebat? Quo pacto ergo nunc non solum ut surgat, ut et acceleret jubet? Venit in mentem simile quid ex Evangelio. Ea quippe nocte qua Dominus tradebatur, cum fatigatos productionibus vigiliis discipulos qui secum erant, dormire demum ad requiescere præcepisset, in ipsa hora, *Surgite, eamus*, inquit, *ecce appropinquavit qui me tradet.* Nunc quoque similiter uno pene momento et prohibet suscitari Sponsam, et sus-

Qui sont ceux qui représentent Marthe, Marie et Lazare.

par vouloir quelque chose qu'il ne veut plus aussitôt après ? A Dieu ne plaise. Mais reconnaissez en cela ce que je vous ai dit plus d'une fois des alternatives de repos et d'action, et que, en cette vie, la contemplation ne saurait être bien longue, parce que l'action nous presse davantage et est plus utile. L'Époux à son ordinaire, sentant que sa bien-aimée s'est un peu reposée sur son sein, se hâte de la rappeler à des choses qui semblent plus nécessaires. Et il ne la tire pas malgré elle, car il ne voudrait pas faire lui-même, ce qu'il a défendu aux jeunes filles. Mais pour l'Épouse, se sentir tirée par l'Époux, c'est recevoir le désir d'être tirée par lui, le désir des bonnes œuvres, le désir de faire du fruit pour l'Époux, parce qu'elle ne vit que pour lui, et regarde comme un gain de mourir pour lui.

2. Et ce désir est véhément : il ne la presse pas seulement de se lever, mais de se lever en toute hâte. Car il y a : « Levez-vous, hâtez-vous, et venez. » Mais elle n'est pas peu encouragée quand elle entend son Époux lui dire de venir, non pas de s'en aller; parce que cela lui fait voir qu'elle n'est pas envoyée, mais conduite, et que son Époux doit aller aussi avec elle. Or, que pourrait-elle trouver de difficile dans la compagnie d'un tel Époux : « Mettez-moi auprès de vous, dit Job à Dieu, et combatte qui voudra contre moi (Job xvii, 3). Et quand je marcherais à travers l'ombre de la mort, je ne craindrais aucun mal, parce que vous êtes avec moi (Psal. xxii, 4). » Elle n'est donc pas éveillée contre sa volonté, puisque l'Époux lui donne cette volonté, qui n'est autre chose qu'un désir ardent de faire des gains pieux et salutaires.

Elle est aussi animée et rendue plus prompte à faire ce qui lui est enjoint, par la conjoncture du temps. Il est temps, dit-il, d'agir, mon Épouse, « car l'hiver est passé (Cant. ii, 11), » pendant lequel personne ne pouvait travailler, la pluie aussi qui couvrait et inondait la terre, qui empêchait la culture, faisait mourir les blés, ou ne permettait pas qu'on fit les semailles, la pluie, dis-je, a cessé, elle est passée, elle s'est enlevée. « Les fleurs commencent à paraître sur notre terre, » et marquent sans doute que le printemps est venu, qu'on peut travailler commodément, et que les fruits vont bientôt mûrir. Ensuite il ajoute à quoi il faut travailler d'abord, en disant : « Il est temps de tailler la vigne. L'Épouse est donc menée façonner les vignes. Mais pour qu'elles puissent répondre à l'espérance des vigneron par une plus grande abondance de fruits, il est nécessaire, avant tout, d'en ôter les sarments stériles, d'en couper les mauvais, d'en retrancher les superflus. Voilà pour ce qui regarde la lettre.

3. Voyons maintenant le sens spirituel caché sous le voile de ces paroles. Je vous ai déjà dit que les vignes sont les âmes, ou les Eglises, et je vous en ai donné la raison. Je crois qu'il n'est pas besoin d'y revenir. L'âme parfaite est donc invitée à les examiner, à les corriger, à les instruire, et à les sauver, pourvu néanmoins qu'elle ne soit pas entrée dans ce ministère par ambition, mais qu'elle y ait été appelée de Dieu comme Aaron. Or, qu'est-ce que cette invitation, sinon un mouvement intérieur de charité qui sollicite notre zèle pour le salut de nos frères, pour la beauté de la maison

Les vignes
signifient les
âmes ou les
Eglises.

A quoi on
reconnait
qu'on est
appelé au
soin des âmes.

citât; Surge, inquiens, et veni. Quid sibi itaque vult tam subita hæc mutatio voluntatis sive concilii? Putamusne levitate usum Sponsum, et aliquid voluisse prius, quod mox noluerit? Minime. Sed agnoscite eas quas vobis supra, si meministis, commendavi, et non semel, vicissitudines utique sanctæ quietis, ac necessariæ actionis; et quia non sit in hac vita copia contemplandi, nec diuturnitas otii, ubi officii et operis cogentior urget instantiorque utilitas. More igitur suo Sponsus, ubi dilectam paululum in sinu proprio quievisse persentit, ad ea denuo quæ utiliora visa sunt, trahere non cunctatur. Non tamen quasi invitam; (nec enim quod fieri vetuit, faceret ullatenus ipse :) sed trahi sane a Sponso Sponsæ, est ab ipso accipere desiderium quo trahatur, desiderium bonorum operum, desiderium fructificandi Sponso; quippe cui vivere Sponsus est, et mori lucrum.

2. Et est desiderium vehemens, quod eam non tantum surgere, sed et surgere festinanter sollicitat, sic quippe habes : Surge, prospera, et veni. Nec parum confortat quod audit, veni, et non, vade : per hoc se intelligens non tam mitti, quam duci, et secum pariter Sponsum esse venturum. Quid enim difficile sibi illo comite reputet? Pone me, inquit, juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me, item, Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Non itaque suscitatur præterquam velit, quando fit prius ut velit : quod

non est aliud, nisi sancti quæstus immissa aviditas. Animatur etiam ad opus injunctum, et de temporis opportunitate redditur alacrior. Tempus faciendi, inquit, ô Sponsa, quia hiems transit, quando operari nemo poterat. Imber quoque, qui inundatione facta operiebat terram, culturas impediabat, et vel sala necabat, vel seri vetabat; is, inquam, imber excurrit, abüt et recessit; flores apparuerunt in terra nostra, vernalem profecto temperiem adesse signantes, operandi commoditatem, frugum vicinitatem ac fructuum. Deinde subdit, ubi et quid primum operari oporteat : Tempus, inquiens, putationis advenit. Ad vineas ergo excolendas ducitur : quæ ut possint uberioribus fructibus respondere colonis, ante omnia necesse est sarmenta sterilia projici, succidi noxia, putari superflua. Hæc juxta litteram.

3. Nunc jam videamus, quid istiusmodi quasi historico schemate spiritualiter nobis innuatur intelligendum. Et vineas quidem animas esse vel ecclesias, simulque hujus rei rationem quænam sit, dixi vobis jam et audistis nec opus habetis iterato audire. Ad has itaque, revisendas, corrigendas, instruendas, salvandas, anima perfectior invitatur, quæ tamen id ministerii sortita sit, non sua ambitione; sed vocata a Deo tanquam Aaron. Porro invitatio ipsa quid est, nisi intima quædam stimulatio charitatis pie nos sollicitantis æmulari fraternam salutem, æmulari decorem domus Domini, incrementa lucrorum ejus,

du Seigneur, pour l'accroissement de ses gains et des fruits de justice, et pour la gloire et l'honneur de son nom ? Toutes les fois donc que celui qui a la conduite des âmes, ou qui est obligé d'enseigner, reconnaît que son homme intérieur est touché de ces religieux sentiments envers Dieu, il peut être sûr que l'Époux est présent, et qu'il le convie à venir aux vignes. Mais pour quoi faire ? Pour arracher, détruire, édifier et planter.

4. Mais comme toute espèce de temps n'est pas propre à cet ouvrage, non plus qu'à tout ce qui est sous le ciel, celui qui invite l'Épouse ajoute, « le temps de tailler la vigne est venu. » Celui qui disait : « Voici maintenant un temps favorable, voici le temps du salut. N'offensez personne, de peur qu'on ne blâme notre ministère (2 Cor. vi, 2), » savait bien aussi que le temps était venu. Il avertissait sans doute de couper et de retrancher les choses vicieuses et superflues, et généralement tout ce qui pouvait nuire au fruit du salut et l'empêcher de venir, parce qu'il savait que le temps de tailler la vigne était venu. C'est pourquoi il disait à un fidèle vigneron : « Reprenez, corrigez, conjurez (11 Tim. iv, 2), » marquant par la première et la seconde de ces trois choses qu'il devait couper ou arracher, et par la dernière qu'il devait planter. Et voilà ce que l'Époux a dit par la bouche de saint Paul sur le temps propre à travailler. Mais écoutez ce qu'il a dit de sa propre bouche à la nouvelle Épouse sur l'observation du temps, quoique ce soit sous une autre figure. « Ne dites-vous pas ; il y a encore quatre mois jusqu'à la moisson ? Et moi je vous dis : Levez les yeux, et regardez ces régions si elles ne sont pas toutes prêtes à être moissonnées (Joan. iv, 35). Et, la moisson est grande, mais il y

a peu d'ouvriers, priez le Seigneur de la moisson qu'il y envoie des ouvriers (Matth. ix, 35). » De même qu'à lui il montrait qu'il était temps de faire la moisson des âmes, de même ici il déclare que le temps est venu de tailler les vignes spirituelles, c'est-à-dire les âmes ou les Églises, voulant peut-être par la différence des noms dont il se sert mettre cette différence entre ces deux choses, que par les moissons il entend le peuple, et par les vignes, les sociétés de saints qui demeurent ensemble.

5. Or le temps d'hiver, qu'il dit être passé, marque, comme je crois, le temps où le Seigneur Jésus ne se montrait pas publiquement aux Juifs, parce qu'ils avaient conspiré de le faire mourir. C'est pourquoi il disait à quelques-uns : « Montemps n'est pas encore arrivé, mais le vôtre est toujours prêt (Joan. vii, 6). Et, montez vous autres à Jérusalem en ce jour de fête, car pour moi je n'y monte pas (Ibid. 8). » Il y monta pourtant aussi après eux, mais ce fut comme en cachette. L'hiver dura donc depuis ce moment là, jusqu'à l'avènement du Saint-Esprit, qui réchauffa les cœurs tièdes des fidèles, comme par le feu que le Seigneur avait apporté sur la terre pour ce sujet (Luc. xii, 49). Nierez-vous qu'on fût en hiver, lorsque saint Pierre était assis auprès du feu, n'ayant pas le cœur moins froid que le corps ? Aussi l'Évangéliste dit-il « il faisait froid (Joan. xviii, 18). » Un grand froid avait, en effet, saisi le cœur de cet Apôtre, puisqu'il renia son maître. Toutefois il ne faut pas s'en étonner, puisque le feu lui avait été ravi. Car un peu auparavant, il ne brûlait pas d'un zèle peu ardent, quand il était encore près du feu, puisque, tirant son épée pour ne point le perdre, il coupa l'oreille

Sens mystique du mot hiver.

Le froid de Pierre.

incrementa frugum justitiæ ejus, laudem et gloriam nominis ejus ? Istiusmodi itaque circa Deum religiosi affectibus quoties is qui animas regere, aut studio predicationis ex officio intendere habet, hominem suum interiore senserit permoveri ; toties pro certo Sponsum adesse intelligat, toties se ab illo ad vineas invitari. Ad quid, nisi ut evellat et destruat, et ædificet et plantet ?

4. Verum quoniam operi huic, sicut et omni rei sub cælo, non omne tempus suppetit et aptum est, addit is qui invitat, tempus putationis advenisse. Adesse hoc nonoverat qui dicebat : *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum.* Vitiosa sine dubio atque superflua, et omne denique quod offendiculum dare, et impedire fructum salutis possit, putare jam et rescare monebat, sciens quia tempus putationis advenerit. Ideo et aiebat fideli cuidam cultori vinearum ; *Argue, increpa, obsæra;* in primo et secundo horum putationem vel extirpationem, in ultimo plantationem indicens. Et hoc quidem Sponsus per os Pauli de tempore operandi. Sed audi quid per proprium os de temporum consideratione, sub alio quidem rerum schemate et nomine, cum nova sponsa sit locutus. *Nonne vos dicitis, inquit, quia quatuor*

menses sunt, et messis venit? Ecce dico vobis : Levate oculos vestros et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem. item, *Messis quidem multa, operarii pauci : rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Sicut igitur ibi melendi animarum segetes tempus adesse monstrabat, ita et hic vineas æque intelligibiles, id est animas vel ecclesias, tempus putandi advenisse denuntiat; id fortitan inter utrasque res volens vocabulorum diversitate distingui, ut messes plebes, vineas congregationes sanctorum cohabitantium intelligamus.

5. Porro hiemale tempus, quod præterisse significat, illud mihi designare videtur, cum Dominus Jesus jam non palam ambularet apud Judæos, eo quod conspirasset adversus eum, volentes eum interficere. Unde et dicebat ad quosdam : *Tempus meum nondum advenit, tempus autem vestrum semper est paratum, et rursus : Ascendite vos ad diem festum hunc, ego non ascendam.* Ascendit tamen postea et ipse, non palam, sed quasi in occulto. Extunc ergo et deinceps usque ad adventum Spiritus Sancti, quo recaluerunt torpentia fidelium corda, tanquam igne, quem Dominus ad hoc ipsum misit in terram, hiems fuit. Tunc negaveris hiemem tunc fuisse, cum Petrus sederet ad prunas, non minus gelido corde, quam corpore ?

Il faut choisir le temps propre à la taille.

d'un serviteur. Mais ce n'était pas alors le temps de couper. C'est pourquoi il lui fut dit : « Remettez votre épée en sa place (*Matth. xxvi, 52*). » C'était, en effet, le temps et le règne des ténèbres, et quiconque des disciples se servirait du glaive, du fer, ou de la parole, devait périr par le fer, et ainsi ne gagner personne, et ne faire aucun fruit, ou au moins être contraint par le glaive de la crainte à à renier son maître, et à périr ainsi plutôt lui-même, suivant ce que le Seigneur ajoute aussitôt après : « Quiconque se servira de l'épée périra par l'épée. » Car quel autre apôtre, eût pu demeurer intrépide devant l'image affreuse de la mort, quand le prince même des apôtres tremble et lâche le pied, lui que son capitaine avait encouragé d'une voix puissante, et avait chargé de fortifier les autres ?

6. Mais ni lui ni eux n'étaient pas encore revêtus de la vertu d'en haut. C'est pourquoi il n'était pas sûr pour eux d'aller aux vignes, de se servir de leur langue comme d'une serpe spirituelle, de couper les ceps et de retrancher les pampres avec le glaive du Saint-Esprit, pour qu'ils rapportent plus de fruit. Le Seigneur même se taisait durant la passion, et ne répondait point aux questions nombreuses qu'on lui faisait. « Il était, selon le Prophète, comme un homme qui n'a point d'oreilles pour entendre, ni de langue pour repliquer (*Psal. xxxvii, 15*). » Mais il disait : « Si je vous le dis, vous ne me croirez pas, et si je vous interroge, vous ne me répondrez pas (*Luc. xii, 68*). » Car il savait que le temps de couper n'était pas encore arrivé, et que sa vigne ne répondrait point aux travaux qu'il y faisait, c'est-à-dire, qu'elle ne produirait le fruit,

ni de la foi, ni des bonnes œuvres. Pourquoi ? parce qu'il était l'hiver pour les cœurs des perfides, et que la terre était inondée de pluies froides et mauvaises, plus propres à noyer qu'à conserver les semences de la parole, et qui auraient rendu inutile la peine qu'on eût prise pour cultiver les vignes.

7. De quelles pluies pensez-vous que je parle ? Croyez-vous que ce sont de celles que les nuées emportées par le vent versent sur la terre ? Nullement. Mais de celles que les hommes d'un esprit turbulent et impétueux font monter de la terre dans l'air, quand ils ouvrent leur bouche insolente contre le ciel, et lorsque leur langue répand sur la terre le venin de leurs médisances, comme une pluie amère, qui rend la terre stérile et marécageuse, inutile aux plantes et aux blés, non pas à ces plantes visibles et corporelles, qui nous sont données pour l'usage de la nourriture de notre corps, et dont Dieu ne prend pas plus de soin que des bœufs, mais à celles que la main de Dieu, non celle de l'homme, a semées et plantées, et qui auraient pu germer, ou s'enraciner dans la foi et dans la charité, et produire les fruits du salut, si elles avaient été arrosées de bonnes pluies dans le temps convenable. Enfin ce sont les âmes pour lesquelles Jésus-Christ est mort. Malheur aux nuées qui répandent sur elles des pluies qui les rendent boueuses plutôt que fertiles. Car, comme il y a de bons et de mauvaises arbres qui rapportent chacun des fruits différents, selon la différence de leur espèce, les bons de bons fruits, et les mauvais de mauvais fruits, je crois de même qu'il y a de bonnes

Pluies nuisibles aux plantes spirituelles.

Quelles pluies leur sont bonnes et leur viennent dans la saison.

Denique erat frigus; inquit. Magnum revera frigus cor negantis constrinxerat. Nec mirum tamen, cum ignis ab eo ablatus esset. Nam paulo ante non parvo fervebat zelo, quippe adhuc igni proximus, qui evaginato gladio, ne ignem perderet, servi auriculam amputavit. Sed non erat tempus putationis: et ideo audit, *Converte gladium tuum in locum suum*. Erat enim hora et potestas tenebrarum: et quisquis tunc discipulorum levaret gladium vel ferri, vel verbi; aut ferro truncandus erat, et neminem lucraretur, nec quippiam fructus afferret; aut certe timoris gladio ad negandum cogendus; et sic magis ipse periret, juxta verbum Domini quod subjunxit mox, ita dicens: *Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit*. Quis nempe cæterorum ante pavendam mortis imaginem impavidus staret, trepidante et cedente principe ipso, et qui voce confortatoria sui imperatoris fuerat præmunitus, et præmonitus alios confortare?

6. Cæterum nec is, nec illi sibi adhuc induerant virtutem ex albi; et ob hoc tutum non erat eis exire in vineas, exserere linguæ sarculum, et gladio Spiritus putare vites, purgare palmites, ut fructum plus afferrent. Denique ipse Dominus tacbat in passione, et in nullis interrogatus non respondebat, *factus*, juxta Prophetam, *sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones*. Dicebat autem: *Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem et interrogavero, non respondebitis mihi;*

sciens tempus putationis nondum advenisse, nec responsuram prorsus vineam suam impensis laboribus, id est nec fidei, nec boni operis fructum aliquem relaturam. Quare? Quia hiems erat in cordibus perfidorum, et hiemales quidam malitiæ imbres occupaverant terram, jacta semina verbi suffocare, quam fovere paratiores; sed et cultui vinearum omnem nihilominus impendendam operam frustraturi.

7. Quos vos me nunc putatis dicere imbres? Istosne, quos videmus currentes per aera nubes turbulento spiritu spargere super terram? non est ita. Sed quos de terra in aerem sursum ferunt homines turbulenti spiritus, ponentes in cælum os suum, et lingua eorum transiens in terram, tanquam pluvia amarissima, terram ipsam palustrem ac sterilem facit, et tam plantis quam satis inutilem, non quidem his visibilibus atque corporeis ad nostros utique corporeos usus datis, de quibus nulla plane, scut nec de bobus cura est Deo. Sed quibus? Profecto quæ sevit et plantavit Dei manus, et non hominis; quæ et vel germinare, vel radicari in fide et charitate poterant, et fructus parturire salutis, si bonis et temporaneis imbribus rigarentur. Animæ denique sunt, pro quibus Christus mortuus est. Væ nubibus pluentibus istiusmodi imbres super eas, quæ lutum faciant, fructum non afferant! Nam sicut sunt et bonæ, et malæ arbores, ferentes quæque fructus pro sui dissimilitudine differentes, bonæ

Son zèle intempestif.

Le glaive de la crainte.

nuées, qui donnent de bonnes pluies, et qu'il y en a aussi de mauvaises, qui en donnent de mauvaises. Peut-être voulait-il marquer cette différence de nuées et de pluies celui qui disait : « Je commanderai à mes nuées de ne point pleuvoir sur elle (*Isa. v, 6*), » c'est-à-dire sur la vigne. Pourquoi pensez-vous qu'il ait dit expressément mes nuées, sinon parce qu'il y a aussi de mauvaises nuées qui ne sont pas à lui ? « Faites-le mourir, faites-le mourir, disent les Juifs, crucifiez-le. » O nuées violentes et orageuses ! O pluie pleine de tempêtes ! O torrent d'iniquité, plus propre à ravager la terre qu'à l'engraisser ! mais la pluie qui vint ensuite, n'était ni moins mauvaise, ni moins amère, bien qu'elle ne tombât pas avec autant de violence : « Il a sauvé les autres, et il ne se peut sauver lui-même. Que le Christ, le Roi d'Israël descende maintenant de la croix, et nous croirons en lui (*Luc. xxiii, 42*). » Le vain babil des philosophes n'est pas une bonne pluie, puisqu'il cause plutôt la stérilité de la terre que la fécondité. Les dogmes corrompus des hérétiques sont des pluies pires encore, puisqu'au lieu de fruits, ils ne produisent que des épines et des chardons. Les traditions des Pharisiens, que le Seigneur a condamnées, sont aussi de mauvaises pluies, de même qu'ils étaient eux-mêmes de mauvaises nuées, et ne croyez pas que je fasse injure à Moïse, si, tout en reconnaissant que, pour lui, il était une bonne nuée, je dis néanmoins que tout ce qui sort d'elle n'était pas bon, d'accord en cela avec celui qui a dit : « Je leur ai donné, (il parle des Juifs,) des préceptes qui n'étaient pas bons, » il n'y a point de doute que ce ne soit par le ministère de Moïse, « et des commandements qui ne les feront pas vivre (*Ezech. xx, 25*). » Telle était par exemple

cette observation littérale du sabbat, qui signifie le repos, mais qui ne le leur donnait pas ; ces cérémonies légales des sacrifices ; cette défense de manger de la chair de porc, et de quelques autres semblables que Moïse répute immondes, tout cela est une pluie qui tombe de cette nuée, mais je ne désire pas qu'elle tombe jamais dans mon champ ni dans mon jardin. Je veux qu'elle ait été bonne en son temps, mais lorsqu'elle vient à contre temps, je ne la tiens pas pour bonne. Car toute pluie, si douce qu'elle soit, et si doucement qu'elle tombe, est nuisible, lorsqu'elle vient hors de saison.

8. Ainsi, tant que ces pluies pestilentielles ont occupé et inondé la terre, le temps favorable à la vigne n'était pas encore venu, et il n'y avait pas eu lieu d'inviter l'Épouse à les tailler. Mais lorsqu'elles eurent cessé, la terre s'est ressuyée et les fleurs ont commencé à paraître, ce qui marquait que le temps de couper la vigne était venu. Voulez-vous savoir quand ce fut le temps de tailler la vigne ? Eh bien, je vous le demande, n'est-ce pas lorsque la chair de Jésus-Christ a comme refleuré par la résurrection ? Car c'est la première et la plus grande fleur qui ait paru dans notre terre. Jésus-Christ, en effet, est le premier des ressuscités (*I Cor. xv, 20*). C'est Jésus qu'on croyait fils de Joseph, qui est la fleur du champ et le lis des vallées (*Cant. ii, 1*), Jésus, dis-je, de Nazareth, mot qui signifie une fleur en hébreux. Cette fleur a donc paru la première, mais elle n'a pas paru seule ; car les corps de plusieurs saints, qui étaient morts, ressuscitèrent avec lui, et parurent aussi sur notre terre, comme de belles et brillantes fleurs. « Ils vinrent dans la ville sainte, dit l'Évangéliste, et apparurent, à plusieurs (*Matth. xxvii, 52*). » Ceux qui d'entre le peuple

Quel fut le temps favorable à la vigne.

videlicet bonos, et malæ malos : ita et arbitror nubes et bonas, quæ bonos ; et malas esse, quæ malos pluant imbres. Et vide ne forte innuerit nobis banc nubium, imbriumque differentiam, qui dicebat : *Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam* (haud dubium quin super vineam) *imbrem*. Cur putas adjunxisse signanter, *meis*, nisi quia sunt et malæ nubes, quæ non sunt ejus ? *Tolle, tolle*, inquiunt, *crucifige eum*. O nubes violentas et turbidas ! O imbrem procellosum ! ô torrentem iniquitatis evertere magis, quam fecundare idoneum ! Nec minus malus minusve amarus, minori licet impetu proruens, imber ille qui subsecutus est : *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Christus rex Israel descendat nunc de cruce, et credimus ei*. Philosophorum ventosa loquacitas non bonus imber est, sterilitatem magis intulit terris, quam fertilitatem. Multo magis prava dogmata hæreticorum mali imbres sunt ; quæ pro fructibus spinas producant et tribulos. Mali imbres etiam traditiones Pharisæorum, quas Salvator redarguit, et ipsi nubes malæ. Et nisi existimes me injuriam facere Moysi, (nam bona nubes est illa,) non omne quod pluit vel ipsa, bonum tamen dicam, ne illi contradicam, qui ait : *Dedi illi id est Judæis, præcepta non bona* (haud dubium quin

per Moyse) *et justificationes in quibus non vivent in eis*. Litteralis illa, verbi causa, observatio sabbati, sonantis requiem, non donantis, inductus sacrificiorum ritus, interductus porcinae carnis esus, nonnullorumque similitium, quæ immunda a Moyse censentur, pluvia est hoc totum ex illa nube descendens : sed nolo in agrum vel hortum meum quandoque descendat. Fuerit sane bona suo tempore : post tempus si venerit, non bonam jam censeo. Omnis etiam lenis et leniter descendens pluvia, si sit intempestiva, molesta est.

8. Donec ergo isliusmodi aquæ pestilentes occupaverunt terram, et invaluerunt super eam, tempus suum vineæ non habuerunt, nec fuit quod Sponsa invitaretur ad putandas vineas. Cæterum illis decurrentibus terra apparuit arida, et flores apparuerunt in ea, significantes tempus putationis adesse. Quærit quando hoc fuit ? Quæris quando putas, nisi cum refloruit caro Christi in resurrectione ? Et hic primus et maximus flos, qui apparuit in terra nostra. Nam *primitiæ dormientium* Christus. Ipse, inquam, flos campi, et *lilium covallium* Jesus, *ut putabatur filius Joseph a Nazareth*, quod interpretatur flos. Is ergo flos apparuit primus, nos solus. Nam et *multa corpora sanctorum, qui dormierant, pariter surrexerunt*, qui veluti quidam

Quelles sont les mauvaises pluies spirituelles.

eurent les premiers les prémices des saints ont été aussi des fleurs. Leurs miracles ont été comme des fleurs qui ont produit les fruits de la foi. Car après que cette pluie d'infidélité fut un peu passée et qu'elle eut cessé, elle fut suivie aussitôt de cette autre pluie volontaire dont parle le Prophète, que Dieu a réservée pour son héritage, et les fleurs commencèrent à paraître. Le Seigneur a répandu sa bénédiction, et notre terre a poussé ses fleurs, en sorte qu'en un jour trois mille personnes crurent en Jésus-Christ, et en un autre, cinq mille, tant le nombre des fleurs, c'est-à-dire la multitude des fidèles, s'accrut en peu de temps (*Act. II, 41 et v, 4*). Le froid de la malice ne put pas prévaloir contre ces fleurs qui paraissaient perdre, comme cela arrive d'ordinaire, le fruit de vie qu'elles promettaient.

9. Car tous ceux qui avaient cru étaient remplis de la vertu d'en haut; il s'en trouva parmi eux qui, forts dans la foi, méprisèrent les menaces des hommes. Ils souffrirent à la vérité plusieurs contradictions, mais ils ne cédèrent jamais, et ne furent point détournés d'accomplir ni d'annoncer les œuvres de Dieu. C'est ce qui est exprimé dans le psaume, si on l'entend spirituellement : « Ils ont semé les champs, ils ont planté des vignes, et ils ont recueilli des fruits en abondance (*Psal. cxxv, 37*). » Dans la suite des temps la tempête s'est apaisée, et la paix étant rendue à la terre, les vignes ont crû, elles ont provigné, elles se sont étendues et multipliées à l'infini. En sorte que maintenant l'Épouse est invitée, non pas à planter de nouvelles vignes, mais à tailler celles qui sont plantées. Et c'est bien à propos, puisque cet ouvrage demandait un temps de paix. Car comment l'aurait-on pu faire

dans un temps de persécution ! Comment aurait-on pu prendre en main des épées tranchantes, tirer vengeance des nations, châtier les peuples, charger de chaînes leurs rois, mettre dans les fers les plus nobles d'entre eux, et exécuter sur eux le jugement de Dieu (*Psal. cxlix, 7*) ? Car c'est là ce qu'il faut entendre par tailler les vignes. A peine toutes ces choses se purent-elles faire en paix dans le temps même de la paix. Mais en voilà assez sur ce sujet.

10. Je pourrais finir ici ce discours, si, selon mon habitude, j'avais donné quelques avis à chacun de vous, touchant la vigne. Car qui a retranché assez exactement tout ce qu'il y avait de superflu en lui, pour penser qu'il n'a plus rien à couper ? Croyez-moi, ce qui est coupé repousse, ce qui est chassé revient, ce qui est éteint se rallume, ce qui est assoupi se réveille. C'est donc peu d'avoir coupé une fois, il faut couper souvent, et même toujours, s'il est possible, parce que si vous ne vous trompez point vous-mêmes, vous trouverez toujours quelque chose à couper en vous, quelque progrès que vous fassiez. Tant que vous êtes dans ce corps mortel, vous vous abusez, si vous croyez que vos vices soient entièrement éteints plutôt que supprimés ; que vous le vouliez ou non, le Jésuséen habite toujours dans votre terre, (*Judic. I, 21*) ; vous pouvez bien le subjuguier, mais vous ne sauriez l'exterminer. « Je sais, dit l'Apôtre, que le bien n'habite point en moi (*Rom. VII, 18*). » C'est peu de chose s'il ne confesse que le mal même y habite. « Aussi, ajoute-t-il, je ne fais pas * ce que je veux

Il faut toujours travailler à la taille de la vigne spirituelle.

* Telle est la leçon donnée par les premières éditions des œuvres de saint Bernard et par les meilleurs manuscrits. Quelques-uns ajoutent ces mots. « le bien » comme dans la Vulgate.

lucidissimi flores simul apparuerunt in terra nostra. Denique venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. Flores etiam fuerunt qui primi crediderunt de populo, primitiæ sanctorum. Flores eorum miracula, instar florum producentia fructum fidei. Nam postquam ille infidelitatis imber aliquantulum, vel ex parte, abiit et recessit, secuta mox est pluvia voluntaria, quam segregavit Deus hæreditati suæ, et flores apparere cœperunt. Dominus dedit benignitatem, et terra nostra dedit flores suos, ita ut una die tria millia, in alia quinque millia de populo crederent : adeo in brevi crevit florum numerus, id est credentium multitudo. Et non potuit gelu mælitæ prævalere adversus flores qui apparebant, nec præripere (ut assolet) fructum vitæ, quem promittebant.

9. Nam cum omnes qui crediderant, induerentur virtute ex alto; surrexerunt ex eis homines, qui minas hominum contempserunt, fortes in fide. Passi sunt quidem quam plurimos contradictores : sed non cesserunt, neque subterfugerunt, quo minus et facerent, et annuntiarent opera Dei. Nam juxta illud in psalmo spiritualiter quidem, *Et seminaverunt agros, et plantaverunt vineas, et fecerunt fructum natalitatis*. Processu temporis tempestas sedata est, et pace reddita terris, creverunt vineæ, et propagatæ, et dilatatæ sunt, et mul-

tiplicatæ super numerum. Et tunc demum Sponsa ad vineas invitatur, non quidem ad plantandum, sed ad putandum quod plantatum jam erat. Opportune quidem : nam id opus pacis tempus requirebat. Quando etenim persecutionis tempore id liceret ? Alioquin sumere in manus gladios ancipites, facere vindictam in nationibus, increpationes in populis ; alligare reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis ; et facere in eis judicium conscriptum, (hoc quippe putare vineas ;) hæc, inquam, omnia vix vel pacis tempore actitantur in pace. Et de his satis.

10. Poterat etiam finiri sermo, si prius quemque vestrum juxta morem meum de sua vinea monuissem. Quis enim ita ad unguem omnia a se superflua resecauit, ut nil se habere putet putatione dignum ? Credite mihi, et putata repullulant, et effugata redeunt, et et reaccendantur extincta, et sopita denuo excitantur. Parum est ergo semel putasse ; sæpe putandum est, imo (si fieri possit) semper : quia semper quod putari oporteat (si non dissimulas) invenis. Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras si vitia putas emortua, et non magis suppressa. Velis, nolis, intra fines tuos habitat Jêbusæus : subjugari potest, sed non exterminari. Scio, inquit, quia non habitat in me bonum.

et je fais le mal que je hais, et que je ne voudrais pas faire ; mais si je fais le mal que j'abhorre, ce n'est plus moi qui le fais, c'est le péché qui habite en moi (*Rom. VII, 13*). » Préférez-vous donc dis-je à l'Apôtre, si vous l'osez, car c'est lui qui parle ainsi, ou avouez avec lui que vous n'êtes point exempt de vices. Or la vertu tient le milieu entre les vices opposés, et pourtant vous avez besoin non-seulement, de couper mais de couper tout autour. Autrement il y a à craindre que notre vigne pressée, ou plutôt rongée par les vices qui l'environnent, ne languisse peu à peu, sans que vous vous en aperceviez, ou même ne soit étouffée, s'ils viennent à croître davantage. Le seul conseil que je vous donne dans un si grand péril, c'est de les observer avec grand soin, et, aussitôt qu'ils recommenceront à paraître, de les couper sans miséricorde. La vertu ne peut pas croître avec les vices. Afin donc qu'elle pousse vigoureusement, ne les laissez pas croître. Otez les branches superflues, les bonnes pousseront bientôt; tout ce que vous ôtez à la cupidité, vous le donnez à l'utilité. Retranchons donc, coupons la cupidité, afin que la vertu profite.

11. Il est temps pour nous, mes frères, de tailler notre vigne, comme nous avons toujours besoin de le faire. Car je trouve que l'hiver est passé pour nous. Savez-vous de quel hiver j'entends parler? C'est de cette crainte qui n'est point accompagnée d'amour, qui donne lieu à tout le commencement de la sagesse, mais n'en communique point la perfection, car l'amour, en survenant, la chasse, comme l'été chasse l'hiver, car l'amour de Dieu est l'été de l'âme. Et s'il est venu, ou, pour mieux dire, et comme je veux le croire de vous, puisqu'il

La crainte servile est une sorte d'hiver pour l'âme, comme la charité est un été pour elle.

Les larmes de la charité.

Saint Bernard recommande l'examen partimier.

Parum est nisi et malum inesse fateatur. Ait namque : *Non quod volo hoc ago ; sed quod odi, illud facio. Si autem quod odi illud facio ; jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Aut te ergo, si audes, præfer Apostolo, (nempe ipsius ista vox est :) aut fatere cum illo te quoque vitium non carere. Medium denique * vitiorum virtus tenet ; ac proinde sedula eges non solum putatione, sed et circumcisione. Alioquin verendum, ne circumquaque a lambentibus, vel potius a rodentibus vitium illa, dum nescis, paulatim elanguet ; aut, si supercreverint, suffocetur. Unum in tanto discrimine concilium est, observare diligenter, et mox ut renascentium capita apparebunt, prompta severitate succidere. Non potest virtus cum vitium pariter crescere. Ergo ut illa vigeat, ista cresceret non sinantur. Tolle superflua ; et salubria surgunt. Utilitati accedit, quidquid cupiditati demis. Demus operam putationi. Putetur cupiditas, ut virtus roboretur.

11. Nobis, fratres, putationis semper est tempus, sicut semper est opus. Confido enim, quia nobis hiems jam transit ; Scitis quam hiemem dicam ? Timorem illum, qui non est in charitate, qui cum omnes initiet ad sapientiam, neminem consumit : quoniam superveniens charitas extinguit illum, tanquam hiemem æstas. Æstas enim charitas est ; quæ si jam venit, imò quia

est venu, il a dû sécher toutes les pluies de l'hiver, c'est-à-dire, toutes les larmes que faisaient couler auparavant le souvenir amer des fautes passées, et la crainte du jugement de Dieu. Ainsi, et je le dis sans hésiter de plusieurs d'entre vous, sinon de tous, cette pluie est passée, elle a cessé. Car les fleurs qui sont la marque d'une pluie plus douce commencent à paraître. L'été a aussi des pluies, mais des pluies douces et fécondes. Qu'y a-t-il de plus doux que les larmes de la charité? Car la charité pleure mais d'amour, non de la douleur. Elle pleure de désir. Elle pleure avec ceux qui pleurent. Je ne doute point que vos actions d'obéissance ne soient abondamment arrosées de cette pluie, et j'ai la satisfaction de voir que, bien loin d'être défigurées ou obscurcies par des murmures et par la tristesse, elles sont accompagnées d'une joie spirituelle qui les rend agréables et fleurissantes. Ce sont comme des fleurs que vous portez toujours dans vos mains.

12. Si donc l'hiver est passé, si la pluie est finie, si elle a cessé de tomber, si les fleurs ont enfin paru dans votre terre, et que la douceur de la grâce, comme un printemps favorable, marque que le temps de tailler la vigne est venu, que reste-t-il autre chose à faire, que de nous occuper à cet ouvrage si saint et si nécessaire? Examinons, selon le conseil du Prophète, nos voies et notre conduite, que chacun croie qu'il fait des progrès, non lorsqu'il ne trouve rien à reprendre en soi, mais lorsqu'il reprend et corrige ce qu'il y trouve de mauvais. Vous ne vous serez pas examiné inutilement, si vous reconnaissez que vous avez encore besoin de vous examiner de nouveau ; et vous ne vous

venit, (sicut justum est mihi sentire de vobis) siccaverit necesse est omnem hiemalem imbrem, omnem videlicet anxietatis lacrymam, quam amara recordatio peccati, et timor ante extorquebat judicii. Itaque (quod non dubius dico, etsi non de omnibus vobis, profecto de pluribus) hic jam imber abiit et recessit ; nam et flores apparent, indices pluvie suavioris. Habet et æstas pluvias suas suaves et uberes. Quid dulcius lacrymis charitatis ? Flet quippe charitas, sed ex amore, non ex mærore ; flet ex desiderio, flet cum flentibus. Tali imbre non ambigo rigatos uberius actus obedientie vestre, quos lætus intueor, non murmure tetros, non tristitia subobscuros, sed quodam spirituali gaudio jucundos et floridos. Sic sunt, ac si semper flores gestetis in manibus.

12. Ergo si hiems transiit, imber abiit et recessit si demum flores apparuerunt in terra nostra, et subinde quædam spiritualis gratie vernalis temperies tempus putationis indicit : quid restat, nisi ut de cætero toti incumbamus huic operi tam sancto, tam necessario ? Scrutemur, juxta Prophetam, vias nostras et studia nostra, et in eo se quisque judicet profecisse, non cum non invenerit quod reprehendat, sed cum quod invenerit, reprehendet. Tunc te non frustra scrutatus es, si rursus opus esse scrutinio advertisti : et toties non te

Pour les religieux il n'y a plus d'hiver, c'est toujours l'été.

* al. namque.

serez point trompé dans votre examen, toutes les fois que vous croirez avoir besoin de le recommencer. Mais si vous le faites autant de fois que vous en aurez besoin, vous le ferez toujours. Souvenez-vous donc que vous avez toujours besoin du secours d'en haut, et de la miséricorde de l'époux de l'Église, Jésus-Christ Notre-Seigneur, qui étant Dieu, est élevé au dessus de toutes choses et béni dans tous les siècles. Ainsi soit-il.

SERMON LIX.

Gémissements de l'âme qui soupire après la céleste patrie, éloge de la chasteté et de la viduité.

4. Revolve textum epithalamii hujus ab ipso exordio usque huc, et vide si tanta uspiam illi, quanta hac vice in cunctis visitationibus et allocutionibus Sponsi copia ejus indulta fuerit ; et si unquam ex ore ipsius, non modo tam multos, sed et tam jucundos sermones accepert. Quæ ergo repleverat in bonis desiderium suum, quid mirum si ructum potius, quam verbum fecit ? Et

Effusion du cœur.

suite. Car l'Épouse ne croit pas faire un larcin en s'appliquant ce verset du Prophète : « Mon cœur a exhalé une bonne parole (*Psal. XLIV, 2*) » puisqu'elle est remplie du même esprit que lui. « Mon bien-aimé est à moi, et moi à lui. » Il n'y a point de liaison dans ce discours, et il ne faut pas s'en étonner ; c'est une effusion des cœurs. Pourquoi chercher dans cette effusion, la liaison du discours, et la propriété des mots ? Quelles lois et quelles règles voudriez-vous imposer aux renvois qui s'exhalent d'un estomac trop rempli ? Ils ne reçoivent point vos ordres, ils n'attendent point vos commandements, ils ne cherchent point votre commodité. Ils sortent d'eux-mêmes, avec force, du fond de votre poitrine, non-seulement malgré vous, mais même à votre insu, et sont plutôt arrachés qu'envoyés. Cependant ils rendent quelquefois une bonne, et quelquefois une mauvaise odeur, selon les différentes qualités des vases d'où ils montent. Car un homme de bien tire le bien de son trésor qui est bon (*Matth. XII, 35*), et le méchant tire le mal du sien qui est mauvais. L'Épouse de mon Seigneur est un bon vase, et il en sort pour moi une odeur excellente.

5. Je vous rends grâces, Seigneur Jésus, de ce que vous daignez au moins m'admettre à la sentir. Oui, Seigneur, vous daignez m'y admettre. Car les petits chiens mangent les miettes qui tombent de la table de leurs maîtres (*Matt. xv, 27*). Cet épanchement du cœur de votre bien-aimée répand pour moi, je l'avoue, une odeur très-agréable, et le peu que je reçois de sa plénitude, je le reçois avec reconnaissance. Elle rappelle l'abondance de vos douceurs, et je ne sais quelle odeur ineffable de votre bonté et de votre amour je sens dans cette parole : « Mon

bien-aimé à moi, et moi à lui. » Qu'elle soit je le veux, comme elle le mérite bien, dans un banquet délicieux, et qu'elle se sente transportée d'allégresse en votre présence ; mais si elle est hors d'elle-même pour vous, que du moins elle se possède pour nous. Qu'elle soit remplie des biens de votre maison, et abreuvée d'un torrent de délices ; mais, je vous prie, que je sente au moins, si pauvre que je sois, une légère odeur de l'effusion de son âme, lorsqu'elle sera rassasiée. La pensée de Moïse s'est exhalée favorablement pour moi, et dans cet épanchement de son cœur, je sens l'odeur de la puissance qui a créé toutes choses : « Au commencement, dit-il, Dieu créa le ciel et la terre (*Gen. 1, 1*). » Et Isaïe a exhalé aussi l'agréable odeur de la rédemption, lorsqu'il a dit : « Il s'est livré à la mort et a été mis au nombre des scélérats, il a porté les péchés de plusieurs, et il a prié pour ceux qui le faisaient mourir (*Psal. III, 13*), » afin qu'ils ne périssent point. Quelle odeur plus grande de miséricorde peut-il y avoir ? Il est sorti aussi une odeur excellente de la bouche de Jérémie, et de celle de David, qui disait : « Mon cœur a exhalé une bonne parole (*Psal. LXIV, 2*). » Ils ont été tous remplis du Saint-Esprit, et épanchant leur cœur, ils ont versé de toutes parts d'excellents parfums. Voulez-vous connaître ce qui s'est épanché de Jérémie ? Je ne l'ai pas oublié, je me préparais à vous le dire : « Il est bon d'attendre en silence le salut du Seigneur (*Thren. III, 26*). » Cette parole est de lui, approchez-vous pour en sentir l'odeur excellente. La douceur de la justice qu'elle renferme, et qui nous doit donner la récompense de nos travaux, surpasse infiniment le baume le plus exquis. Il veut que, souffrant pour la justice, j'attende une

si verbum fecisse tibi videtur, eructatum puta, et non subornatum *, aut præordinatum. Nec enim Sponsa rapinam arbitratur sibi aptare Prophetæ dictum, *Eructavit cor meum verbum, quippe eodem repleta spiritu. Dilectus meus mihi, et ego illi*. Nihil consequentiæ habet, deest orationi. Quid inde ? Ructus est. Quid tu in ructu quæris orationum juncturas, solemnia dictionum ? Quas tu tuo ructui leges imponis, vel regulas ? Non recipit tuam moderationem, non a te compositionem expectat, non commoditatem, non opportunitatem requirit. Per se ex intimis, non modo cum non vis, sed et cum nescis, erumpit, evulsus potius quam emissus. Tamen odorem portat ructus, quandoque bonum quandoque malum, pro vasorum, e quibus ascendit, contrariis qualitatibus. Denique bonus homo de bono thesauro suo profert bonum, et malus malum. Bonum vas Sponsa Domini mei, et bonus mihi odor ex illa.

5. Gratias ago tibi, Domine Jesu, qui me dignatus es admittere saltem ad odorandum. Ita Domine, nam et catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Mihi, fateor bene redolet ructus dilectæ tuæ, et de plenitudine ejus, quamvis modicum quid, gratanter accipio. Memoriam abun-

dantiæ suavitatis tuæ eructat mihi, et nescio quid ineffabile tuæ dignationis et amoris odoratus sum in voce ista : *Dilectus meus mihi, et ego illi*. Ipsi (ut dignum est) epuletur et exsulet in conspectu tuo, et delectetur in lætitia : verumtamen sic tibi excedat, ut sobria sit nobis. Ipsa ergo repleatur in bonis domus tuæ, et torrente voluptatistuæ potetur : sed quæso, perveniat ad me pauperem vel tenuis odor eructante illa, cum satiata fuerit. Bene mihi eructavit Moyses, et bonus odor in ructu ejus, creantis potentia : *In principio, inquit, creavit Deus cælum et terram*. Bene Isaïas ; nam suavisimum redimentis misericordiæ odorem dedit, ita eructans : *Tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit*, ut non perirent. Quid æque misericordiam redolet ? Bonus quoque ex ore Jeremiæ ructus ; bonus ex David, qui ait : *Eructavit cor meum verbum bonum*. Repleti sunt omnes Spiritu-Sancto, et eructantes omnia impleverunt bonitate. Ructum Jeremiæ requiritis ? Non sum oblitus, jam parabam illum. *Bonum est præstolari cum silentio salutare Domini*. Ejus est, non fallor : admovete naribus : balsamum vincit suavitas remunerantis justitiæ, quam importat.

* *al. male subornatum.*

récompense à venir, non pas que j'en reçoive une à présent, parce que la récompense de la justice n'est pas le salut du siècle, mais du Seigneur : « S'il tarde, dit un Prophète, attendez-le et ne murmurez point, parce qu'il est bon de l'attendre en silence (*Abac. II, 3*). » Je ferai ce qu'il m'exhorte à faire. J'attendrai mon Dieu et mon Sauveur.

6. Mais je suis pécheur, et il me reste encore une longue route à faire, parce que le salut est loin des pécheurs. Je ne murmurerai pourtant pas, et en attendant je me consolerais par l'odeur. Le juste se réjouira dans le Seigneur en goûtant ce que je ne fais encore que flairer. Celui que regarde le juste, le pécheur l'attend, et c'est dans son attente que se trouve l'odeur qu'il sent : « Les créatures corporelles et insensibles, dit saint Paul, attendent avec impatience la gloire des enfants de Dieu (*Rom. VIII, 19*). » Regarder, c'est goûter et voir combien le Seigneur est doux, ou plutôt n'est-ce point le juste qui attend et le bienheureux qui possède ? L'attente des justes est leur joie (*Prov. X, 28*). Le pécheur n'attend rien. Et il est pécheur, non-seulement parce qu'il est attaché aux biens présents, mais encore parce que, s'en contentant, il n'attend rien dans l'avenir, il est sourd à cette voix du Seigneur : « Attendez-moi, dit le Seigneur, au jour de ma résurrection qui doit arriver (*Soph. III, 8*). » Siméon était juste, parce qu'il attendait et sentait déjà Jésus-Christ en esprit, quoiqu'il ne l'adorât pas encore dans la chair. Et il fut bienheureux dans son attente, parce que par l'odeur de l'attente, il arriva au goût de la vision. En effet, il a dit : « Mes yeux ont vu votre salut (*Luc. II, 25*). » Abraham aussi était juste, puisqu'il « attendit et sou-

L'attente des justes n'est pas celle des pécheurs.

Exemple des justes.

haita de voir le jour du Seigneur, » et il n'a pas été confondu dans son attente, car « il a vu ce jour et s'en est réjoui (*Joan. VIII, 56*). » Les apôtres étaient justes, lorsqu'on leur disait : « Vous êtes comme des serviteurs qui attendent leur maître (*Luc. XII, 36*). »

7. David n'était-il pas juste aussi, lorsqu'il disait : « J'ai attendu le Seigneur avec impatience (*Psal. XXXIX, 2*) ? » C'est le quatrième de ceux dont j'ai dit qu'ils ont épanché leur cœur (*Psal. CXVIII, 131*), et j'allais presque l'oublier. Cependant il ne le faut pas. Car il a ouvert la bouche, et il a attiré l'esprit, puis, lorsqu'il fut rassasié, non-seulement il a épanché son cœur, mais encore il a chanté. O bon Jésus, quelle odeur et quelle douceur m'a-t-il fait sentir et entendre dans ses effusions et ses cantiques remplis de cette huile de joie dont votre Dieu vous a sacré d'une manière plus excellente que tous ceux qui participent à votre gloire, de cette myrrhe, de cet aloès, et de cet ambre, qui parfument les vêtements, qu'on tire pour vous, de vos palais d'ivoire, et dont les filles du roi vous ont fait présent au jour de votre triomphe (*Psal. XLIV, 8*). Plût à Dieu, que vous me fissiez la grâce de me favoriser de la rencontre de ce grand prophète, votre ami intime, en ce jour de fête et de réjouissance, lorsqu'il sortira de votre chambre nuptiale, en chantant son épithalame sacré, sur sa harpe et sur sa guitare, comblé de délices, rempli et remplissant tout de ces admirables parfums. En ce jour, ou plutôt en cette heure, peut-être même en cette demi-heure, selon cette parole de l'Apôtre : « Il se fit un grand silence dans le ciel, environ une demi-heure (*Apoc. VIII, 1*), » en cette heure

.....

Patientem pro justitia vult me expectare mercedem in posterum, non recipere in præsentî, quod justitiæ merces, salutare, non sæculi, sed Domini sit. Si moram fecit, inquit, expectu eum; et ne murmuraveris, quoniam bonum est cum silentio expectare. Ergo faciam quod hortatur; expectabo Dominum salvatorem meum.

6. Sed peccator sum, et adhuc mihi grandis restat via, quia longe a peccatoribus salus. Non murmurabo tamen: in odore interim consolabor me. Lætaturus in Domino, gustu experiens, quod ego sentio odoratu. Quem spectat justus, peccator expectat; et expectatio odoratio est. Nam expectatio, ait, creaturæ revelationem filiorum Dei expectat. Porro spectare gustare est, et videre quoniam suavis est Dominus. An potius justus qui expectat; et qui jam tenet, beatus? Denique expectatio juniorum lætitiæ. Nam peccator nihil expectat. Et inde peccator, quod bonis præsentibus non modo detentus, sed et contentus, nihil in futurum expectat, surdus ad vocem illam: *Expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ in futurum*. Et ideo justus erat Simeon, quia expectabat et odorabat jam Christum in spiritu, quem necdum in carne adorabat. Et beatus in expectatione sua, quia per odorem expectationis per-

venit ad gustum contemplationis. Denique ait: *Et viderunt oculi mei salutare tuum*. Justus quoque Abraham, qui et ipse expectavit ut videret diem Domini, et non est confusus ab expectatione sua, nam vidit et gavisus est. Justi Apostoli cum audiebant: *Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum*.

7. Quidni justus et David, quando aiebat: *Expectans expectavi Dominum*? Ipse est quartus de numero prænominatorum ructatorum meorum, quem pene præterieram. Non expedit quidem. Iste os suum aperuit, et attraxit spiritum, et saturatus non modo eructavit, sed et cantavit. Jesu bone! quantam meis naribus et auribus iste infundit suavitatem in ructu et cantu suo de oleo lætitiæ, quo unxit te Deus tuus præ consortibus tuis, ex myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo! Utinam me digneris occursum tanti vasis et amici tui in die solemnitatis et lætitiæ, quando egredietur de thalamo tuo, epithalamium suum canens in psalterio jucundo cum cithara, affluens deliciis, respersus et respersus universa istiusmodi pulvere pigmentario. In illa die, vel potius in illa hora (nam hora est si quando est, et fortassis ne hora quidem, sed horæ dimidium, juxta illud Scripturæ, *Fac-*

donc, ma bouche sera remplie de joie, et ma langue d'allégresse, lorsque je sentirai l'odeur non-seulement de chaque psaume, mais de chaque verset, une odeur beaucoup plus excellente que celle des parfums les plus précieux. Qu'y a-t-il de plus parfumé que les effusions de saint Jean, elles exhalaient l'odeur de l'éternité, de la génération, et de la divinité du Verbe? Que dirai je de celles de saint Paul? Quelle odeur n'auront-elles point répandue par toute la terre? Car il était la bonne odeur de Jésus-Christ (II Cor. xii, 15) en tout lieu; bien qu'il ne me découvre pas les paroles ineffables qu'il a entendues, il me les offre néanmoins, pour me faire désirer ardemment de sentir ce qu'il ne m'est pas permis d'entendre. Car je ne sais comment il se fait, que plus elles sont cachées et plus elles plaisent, et que nous désirons plus ardemment ce qu'on nous refuse. Mais remarquez quelque chose de semblable dans l'Épouse, et comment, de même que saint Paul, elle ne révèle point son secret, et ne le laisse pas néanmoins passer sans y toucher, comme si elle voulait au moins nous faire sentir ce qu'elle trouve qu'il n'est pas encore à propos de nous faire goûter, soit à cause de notre indignité, soit à cause de notre incapacité.

8. « Mon bien-aimé à moi, et moi à lui. » On voit à n'en point douter en cet endroit, brûler un amour ardent et réciproque de deux personnes l'une pour l'autre. Mais dans cet amour éclatent la félicité de l'une, et la bonté merveilleuse de l'autre. Car cette union d'amour si étroite n'est point entre deux personnes égales. Au reste, qui oserait se flatter de connaître clairement ce que l'Église se glorifie d'avoir reçu de cette prérogative

tum est silentium in cælo quasi media hora.) Ergo in illa hora replebitur gaudio os meum, et lingua mea exsultatione, dum singulos, non dico psalmos, sed versus singulos sentiam ructus, et idem odoriferos super omnia aromata. Quid Joannis, ructu fragrantius, qui Verbi mihi redolet æternitatem, generationem, divinitatem? Quid de Pauli ructibus loquar, quanta orbem suavitate repleverint? Denique Christi bonus odor erat in omni loco. Verba certe ineffabilia etsi non profert ut audiam, offert tamen ut cupiam, et libeat odorare quæ audire non licet. Nescio enim pacto quo plus latent, plus placent; et avidius inhiamus negatis. Sed jam averte apud Sponsam similem rem; quomodo instar Pauli, in præsentis capitulo, et secretum non aperit, nec præterit tamen intactum, aliquid quasi olfactui nostro indulgens, quod gustui forte interim non competere judicavit, sive propter indignitatem nostram, sive propter incapacitatem.

8. *Dilectus meus mihi, et ego illi.* Quod non est dubium, duorum quidem hoc loco amor mutuus flagrat: sed in amore summa unius profecto felicitas, alterius mira dignatio. Neque enim inter pares est consensio seu complexio hæc. Cæterum quid ista ex hac prærogativa amoris gloriatur impensum sibi, repensumque vicissim a se, quis se liquido nosse præsumat, nisi qui

d'amour, et d'avoir donné en échange d'un amour si extrême, sinon celui qui, par une éminente pureté de corps et d'esprit, a mérité d'éprouver en soi quelque chose de pareil? Car tout cela se passe dans les mouvements du cœur, et ne se connaît point par la raison, et par la conformité. Combien peu y en a-t-il qui puissent dire: « Pour nous, contemplant la gloire du Seigneur à découvert, nous sommes transformés en son image, et passons de lumière en lumière, comme conduits par son esprit (II Cor. iii, 18). »

9. Mais, pour rendre intelligible ce que nous lisons dans le Cantique, je laisserai à l'Épouse son secret, auquel il ne nous est pas permis de toucher, à nous surtout qui sommes si imparfaits, et je vous proposerai quelque chose d'autant plus intelligible que ce sera plus ordinaire, et de nature à mieux faire comprendre aux moins éclairés, le sens et la suite des paroles de l'Épouse. Je crois qu'il suffira pour notre intelligence commune et grossière, de sous-entendre ces mots: « Fait attention, » entre ces paroles: « Mon bien-aimé, » et celles-ci, « à moi, » en sorte que le sens soit: Mon bien-aimé fait attention à moi, et moi à lui. Après tout, je ne suis pas le premier ni le seul qui l'ait expliqué ainsi, puisque le Prophète a dit avant moi: « J'ai attendu le Seigneur avec impatience et il a fait attention à moi (Psal. xxxix, 7). » Vous voyez clairement que Dieu fait attention au Prophète. Vous voyez aussi que le Prophète fait attention au Seigneur en ce qu'il dit: « J'ai attendu avec impatience, » or celui qui attend fait attention à ce qu'il attend, car attendre s'est appliquer. C'est le même sens et presque les mêmes paroles que l'Épouse, mais

Sens littéral
de ce
passage.

præcipua puritate mentis, et corporis sanctitate, in semetipso meruerit tale aliquid experiri? Res est in affectibus: nec ratione ad eam pertingitur sed conformitate. Quam pauci vero qui dicant: Nos autem revelata facie speculantes gloriam Domini, in eandem imaginem transformamur de claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritus.

9. Verum ut sub aliqua qualicumque intelligentiæ forma quod legitur, redigatur: salvo quidem Sponsæ suo singulari secreto, ad quod interim non datur accedere, præsertim talibus quales non sumus, apponendum sane aliquid nobis, eo accommodatius ad communem sensum, quo usitatus, quod et verbis consequentiam, et intellectum det parvulis. Et mihi quidem videtur satis esse ad nostram grossam et quodam modo popularem intelligentiam, si dicendo, *dilectus meus mihi*, subaudiamus, *intendit*: ut sit sensus, dilectus meus intendit mihi, et ego illi. Quanquam tamen nec solus ego id senserim, nec primus: cum Propheta ante me dixerit, *expectans expectavi Dominum, et intendit mihi*. Habes aperte intentionem Domini ad Prophetam: habes et Prophetæ ad Dominum in eo quod ait: *Expectans expectavi*. Nam qui expectat, intendit: et expectare intendere est. Idem omnino sensus, eadem pene verba apud prophetam, quæ apud Sponsam: sed a propheta transpo-

Les obscurités de l'Écriture plaisent à saint Bernard.

Il n'y a que ceux qui ont éprouvé la grâce de Dieu qui la connaissent bien.

elles sont transposées dans le Prophète. Car il a mis en premier lieu ce que l'Épouse met en dernier.

10. Et véritablement l'Épouse a mieux parlé, en ne représentant point ses mérites, mais en commençant par le bienfait qu'elle a reçu, et en confessant qu'elle a été prévenue par la grâce de son bien-aimé. Oui, elle a très-bien parlé en s'exprimant ainsi. Car, comme dit l'Apôtre, qui lui a donné le premier et on lui rendra (*Rom. xi. 35*) ? Ecoutez aussi ce que saint Jean dit à ce sujet. « L'amour extrême de Dieu envers nous, paraît en ce qu'il nous a aimés avant que nous l'aimions. » Si le Prophète n'a pas parlé de la grâce prévenante, il n'a pas nié la grâce subséquente. C'est pourquoi il dit ailleurs, en s'adressant au Seigneur : « Votre miséricorde me suivra tous les jours de ma vie (*Psal. xxii, 6*). » Ecoutez encore son opinion sur la grâce prévenante, elle n'est pas moins certaine ni moins claire : « C'est mon Dieu, dit-il, sa miséricorde me préviendra (*Psal. lviii, 11*). » Et parlant au Seigneur : « Que sa miséricorde nous prévienne promptement, car nous sommes dans un excès d'accablement et de misère (*Psal. lxxviii, 8*). » C'est encore avec beaucoup de sagesse qu'ensuite l'Épouse ne met pas les mêmes paroles dans le même ordre, mais suit celui du Prophète, en disant : « Moi à mon bien-aimé, et mon bien-aimé à moi. » Pourquoi s'exprime-t-elle ainsi ? Pour montrer qu'elle est plus pleine de grâces, quand elle a tout donné à la grâce, en lui attribuant le commencement et la fin. Autrement comment serait-elle pleine de grâce, si elle avait quelque chose qui ne vint point de la grâce, lors-

que le mérite ^a a tout occupé. Cette concession d'une grâce pleine et entière marque la plénitude de la grâce dans l'âme de celle qui la fait. Car s'il y a quelque chose qui vient de l'âme comme de l'âme, en tant que telle, il faut que la grâce lui cède le pas. Tout ce que vous imputez au mérite, vous l'ôtez à la grâce. Je ne veux point de mérite qui exclue la grâce. J'abhorre tout ce qui est de moi, parce que je veux être à moi, à moins peut-être que ce qui fait que je suis davantage à moi, soit beaucoup plus à moi. La grâce me rend à moi justifié gratuitement, et délivré ainsi de la servitude du péché. Car où est l'esprit du Seigneur, là est aussi la liberté (*2 Cor. iii*).

11. O Synagogue, épouse insensée, qui méprise la justice de Dieu, c'est-à-dire la grâce de son époux, veut établir sa propre justice, et ne se soumet point à celle de Dieu. C'est pour cela que cette misérable a été répudiée, et qu'elle n'est plus épouse, titre qui revient à l'Église à qui le Sauveur dit : « Je vous ai épousée par la foi, je vous ai épousée par l'équité et la justice ; je vous ai épousée par la clémence et la miséricorde (*Osee. ii, 19*). » Vous ne m'avez pas choisi, mais c'est moi qui vous ai choisie, et ce ne sont pas les mérites que j'ai trouvés en vous qui m'ont porté à vous choisir, mais j'ai prévenu vos mérites. C'est donc par la foi que je vous ai épousée, non par les œuvres de la loi ; c'est par la justice, mais par la justice qui vient de la foi, non de la loi. Ce qui manque maintenant, c'est que vous rendiez un jugement équitable entre

Saint Bernard renie la Synagogue qui place le salut dans les œuvres.

^a Saint Bernard parle ici du mérite qui ne vient pas de la grâce, qui se place au dessus d'elle, et l'exclut. On peut voir sur ce point les notes de Horstius et le sermon suivant.

sita. Prius siquidem is, quod illa posterius posuit, et e converso.

10. Cæterum Sponsa rectius locuta est, et non prætendens meritum, sed præmittens beneficium, et se præventam dilecti gratia confitens. Recte omnino. Nam quis prior dedit illi, et retribuetur ei ? Denique audi Joannem, quid in epistola sua super hoc senserit. *In hoc est charitas*, inquit, *non quasi nos dilexerimus Deum, sed ipse prior dilexit nos*. Propheta tamen gratiæ præventionem etsi tacuit, non negavit subsecutionem : plane non tacuit. Sed accipe et alio loco certiorum de re ista ipsius confessionem. *Et misericordia tua*, inquit (Domino loquebatur) *subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ*. Audi et de præventionem idem tamen ipsius non minus certam manifestamve scientiam. *Deus meus*, inquit, *misericordia ejus præveniet me*. Item ad Dominum : *Cito*, ait, *anticipent nos misericordie tuæ, quia pauperes facti sumus nimis*. Pulchre Sponsa posterius (ni fallor) hæc eadem verba non eodem ordine ponit, sed sequitur et ipsa Prophetæ ordinem, loquens hoc modo : *Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi*. Cur ita ? Nempe ut tunc magis gratia plenam se probet, cum totum gratiæ dederit, et prius scilicet illi partes adscribens, et ultimas. Alioquin quomodo gratia plena, si quid habuerit,

quod non sit ex gratia ? Non est quo gratia intret, ubi jam meritum occupavit. Ergo jam plena confessio gratiæ, ipsius gratiæ plenitudinem signat in anima contentis. Nam si quid de proprio inest, in quantum est, gratiam cedere illi necesse est. Deest gratiæ, quidquid meritis deputas. Nolo meritum, quod gratiam excludat. Horreo quidquid de meo est, ut sim meus : nisi quod illud magis forsitan meum est, quod me meum facit. Gratia reddit me mihi justificatum gratis, et sic liberatum a servitute peccati. Denique ubi spiritus, ibi libertas.

11. O fatuam sponsam Synagogam, quæ contemnens Dei justitiam, id est gratiam sponsi sui, et suam volens constituere, justitiæ Dei non est subjecta. Ob hoc misera repudiata est, et jam non est sponsa, sed Ecclesia, cui dicitur : *Desponsavi te mihi in fide ; desponsavi te mihi in judicio et justitia ; desponsavi te mihi in misericordia et miserationibus*. Nec tu me elegisti, sed ego elegi te : nec ut te eligerem, tua inveni merita, sed præveni. Ita ergo in fide desponsavi te mihi, et non in operibus legis ; desponsavi que in justitia, sed justitia quæ est ex fide, non ex lege. Restat ut judices judicium rectum inter me et te, judicium, in quo te desponsavi, ubi constat intervenisse non tuum meritum, sed meum placitum. Hoc est autem judicium, ut tua merita non

Le mérite de l'Épouse est dans la grâce de l'Époux.

vous et moi, et que vous reconnaissiez que je ne vous ai pas épousée pour vos mérites, mais par un effet de ma pure bonté; que vous n'éleviez point vos propres mérites, que vous ne préféreriez point les œuvres de la loi, que vous ne vous vantiez point d'avoir porté le poids du jour et de la chaleur, puisque vous avez été épousée par la foi et par la justice qui vient de la foi, aussi bien que par la clémence et la miséricorde.

Il y a deux grâces, la prévenante et la subséquente.

12. Celle qui est vraiment épouse reconnaît ces choses, et confesse avoir reçu l'une et l'autre grâce, celle qui prévient, et celle qui suit. C'est pourquoi l'Épouse dit maintenant : « Mon bien-aimé à moi, et moi à mon bien-aimé, » en attribuant le principal à son bien-aimé, et ensuite elle dit : « Moi à mon bien-aimé et mon bien-aimé à moi, » pour lui donner aussi la fin et la consommation. Maintenant voyons ce que signifient ces paroles : « Mon bien-aimé à moi » car elle sous-entend ces mots : « fait attention, » comme nous l'avons déjà dit, et comme le dit le Prophète : « J'ai attendu le Seigneur avec impatience, et il a fait attention à moi (Psal. xxxix, 1). » Je trouve que ces paroles contiennent quelque chose de grand et une prérogative toute particulière. Mais il ne faut pas proposer à des esprits et à des oreilles déjà fatigués une chose qui mérite d'être écoutée avec un esprit tout dispos. Si vous le voulez bien, nous la remettrons à une autre fois, et je commencerai par-là le discours de demain. Priez seulement, en attendant, que la grâce et la miséricorde de l'époux de l'Église, Jésus-Christ Notre-Seigneur, nous délivre des occupations qui nous accablent de toutes parts; lui qui étant Dieu, est par dessus tout béni dans tous les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

SERMON LXVIII.

Comment l'Époux qui est Jésus-Christ fait attention à l'Épouse qui est l'Église, et comment elle le paie de retour en cela. Soit particulier que Dieu prend de ses élus. Mérite et confiance de l'Église.

1. Ecoutez ce que nous avons remis à vous dire aujourd'hui. Ecoutez la joie que j'ai ressentie. Et cette joie est à vous. Ecoutez donc avec joie. Je l'ai ressentie dans une parole de l'Épouse, et après l'avoir comme flairée spirituellement, je l'ai cachée pour vous en faire part aujourd'hui avec d'autant plus d'allégresse, qu'il me semble que le temps est plus favorable pour le faire. L'Épouse a dit que l'Époux fait attention à elle. Quelle est l'Épouse, et quel est l'Époux? L'Époux c'est notre Dieu, et si je l'ose dire, c'est nous qui sommes l'Épouse, avec le reste des captifs qu'il connaît. Réjouissons-nous. « C'est là notre gloire ». Nous sommes ceux à qui Dieu daigne faire attention. Néanmoins quelle distance il y a entre lui et nous? Que sont devant lui les habitants de la terre, et les enfants des hommes? Selon un Prophète, ils sont comme s'ils n'étaient point (Isa. xl, 17); ils sont à son égard comme un rien, comme un néant. Que veut donc dire cette comparaison entre des personnes si inégales? Ou celle-là se glorifie excessivement, ou celui-ci aime excessivement. N'est-ce pas une chose merveilleuse qu'elle s'attribue l'attention de son Époux comme

a Telle est la leçon de tous les manuscrits; mais Horstius a ajouté : « C'est le témoignage de notre conscience, » paroles qui n'ont aucun rapport avec le sens de ce passage.

extollas, non præferas opera legis, non jactes pondus diei et ætus, quæ magis in fide et in justitia quæ est ex fide, necnon in misericordia et miserationibus nosceris desponsata.

12. Quæ vero sponsa est, agnoscit ista, et utramque gratiam confitetur : primo quidem eam quæ prima est, qua et præventa est : postea vero et subsequentem. At itaque nunc, *dilectus meus mihi, et ego illi*; principium dilecto tribuens. In consequentibus, *ego, inquit, dilecto meo, et dilectus meus mihi*; consummationem illi æque concedens. Nunc jam videamus quid dicat, *dilectus meus mihi*. Si enim hoc recipitur ut subaudiamus, intendit, sicut jam diximus, et sicut Propheta ait, *expectavi Dominum, et intendit mihi*; ego in verbo isto sentio nescio quid non plane exiguum, nec mediocris prærogativæ. Sed non est ingerenda fatigalis auribus et mentibus res omni alacritate digna. Si non gravat, differatur, et non in longum : cras inus inde incipiat sermo. Tantum orate, ut ab irruentibus occupationibus interim custodiat nos gratia et misericordia sponsi Ecclesiæ Jesu-Christi Domini nostri, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO LXVIII.

Quomodo Sponsus Christus intendit Sponsæ Ecclesiæ, et hæc illi : et de cura, quam habet Deus de electis. Item de merito et fiducia Ecclesiæ.

1. Audite jam quod heri distulimus, audite gaudium meum quod sensi. Et vestrum est : audite gaudentes. In uno verbo Sponsæ sensi hoc, et quasi odoratus abscondi, eo vobis hodie festivius exhibendum, quo tempestivius. Sponsa locula est, et dixit Sponsum intendere sibi. Quæ est Sponsa, et quis est Sponsus? Hic Deus nosler est : et illa (si audeo dicere) nos sumus, cum reliqua quidem multitudine captivorum, quos ipse novit, Gaudeamus : gloria nostra hæc est : nos sumus in quos intendit Deus. Quanta tamen disparitas. Quid terrigenæ et filii hominum coram illo? Secundum Prophetam, *sic sunt, quasi non sint, et quasi nihilum et inane reputati sunt ei*. Quid sibi ergo vult ista inter tam dispares comparatio? Aut illa in immensum amat. Quam admirabile est, quod illius intentionem ista sibi quasi propriam vindicat, dicens : *Dilectus meus mihi*? Nec eo contenta

une chose qui lui est propre, en disant : « Mon bien-aimé fait attention à moi ? » Et néanmoins, peu contente de cela, elle continue à se glorifier, elle le traite d'égal à égal et lui donne la réplique : car elle ajoute : « et moi à lui. » Cette parole « et moi à lui » est bien osée ; celle-ci ne l'est pas moins : « Mon bien-aimé fait attention à moi. » Mais toutes les deux ensemble le sont encore bien plus que chacune d'elles séparément.

2. Que n'ose point un cœur pur, une bonne conscience, une foi sincère : « Il fait attention à moi ; » dit-elle. Est-il possible qu'une si haute Majesté, qui a soin du gouvernement et de la conduite de l'univers, daigne s'appliquer à elle, et que le Dieu des siècles ne s'occupe qu'aux affaires, ou plutôt au repos de l'amour et des désirs de l'Épouse. Il en est en effet ainsi. Car elle est l'assemblée des élus dont l'Apôtre dit : « Toutes choses sont pour les élus (Tim. II, 10). » Et qui doute que la grâce et la miséricorde de Dieu ne soient toujours tournées vers ses élus (Sap. IV, 15) ? Nous ne distrayons donc pas la providence de Dieu, des autres créatures, mais l'Épouse s'approprie ses soins et ses pensées. Dieu se met-il en peine des bœufs (I Cor. IX) ? Et nous pouvons en dire autant des chevaux, des chameaux, des éléphants et de tous les autres animaux de la terre, de même que des oiseaux du ciel, et des poissons qui sont dans la mer, et généralement de tout ce qui est sur la terre, excepté ceux dont il est dit : « Reposez-vous-en sur lui de tous vos soins, parce qu'il prend soin de vous (Pet. V, 1). » Ne vous semble-t-il pas que c'est comme si cet Apôtre disait : « Appliquez-vous à lui, car il s'applique à vous ? » Et remarquez qu'il observe aussi dans ses

paroles, le même ordre que l'Épouse. Car il ne dit pas : « Reposez-vous-en sur lui de tous vos soins, » afin qu'il ait soin de vous, mais parce « qu'il a soin de vous, » voulant montrer évidemment par là que l'Église des saints n'est pas seulement aimée de Dieu, mais qu'elle a été aimée de lui avant qu'elle l'aimât.

3. Il est certain que ce que l'Apôtre a dit des bœufs (I Cor. IX, 9) ne la regarde point, puisque celui qui l'a aimée, et qui s'est livré à la mort pour elle, a soin d'elle, n'est-ce pas cette brebis égarée (Matth. VIII, 12), dont il a eu plus de soin que des brebis célestes même ? Car ce divin pasteur n'a point fait difficulté d'exposer les autres, pour descendre vers elle. Il l'a cherchée avec soin, et après l'avoir trouvée, il ne l'a pas ramenée, mais rapportée sur ses épaules. Il a célébré dans le ciel de nouvelles réjouissances avec elle et pour elle ? C'est ce qui lui fait dire hardiment : « Le Seigneur prend soin de moi (Psal. XXXIX, 18). » Elle ne croit pas se tromper quand elle dit : « Le Seigneur répondra pour moi (Psal. CXXXVII, 8), » et tout ce qui marque le soin que le Seigneur prend d'elle. C'est pour cela qu'elle appelle son bien-aimé, le Seigneur des armées, et se flatte que celui qui juge toutes choses avec une souveraine tranquillité fait attention à elle. Et pourquoi ne s'en flatterait-elle pas puisqu'elle a entendu de lui ces paroles : « Une mère peut-elle oublier son fils jusque là qu'elle n'en ait point compassion ? Mais quand elle l'oublierait, je ne vous oublierai pourtant pas (Isa. XLIX, 15). » Car les yeux du Seigneur sont tournés sur les justes (Psal. XXXIII, 16). Or, qu'est-ce que l'Épouse, sinon l'assemblée des justes ? Sinon la race bénie de ceux

tamen, pergīt amplius gloriari, respondere se illi quasi ex æquo, morem gerere, rependere vicem. Sequitur enim : *Et ego illi. Insolens verbum, et ego illi. Nec minus insolens, dilectus meus mihi : nisi quod utroque insolentius utrumque simul.*

2. O quid audeat cor purum, et conscientia bona, et fides non ficta ! Mihi, inquit, intendit. Itane huic intenta est illa majestas, cui gubernatio pariter et administratio universitatis incumbit ; et cura sæculorum ad sola transfertur negotia, imo otia amoris et desiderii hujus ? Ita plane. Ipsa est enim ecclesia electorum, de quibus Apostolus : *Omnia, inquit, propter electos.* Et cui dubium, quod gratia et misericordia Dei sit in sanctos ejus, et respectus in electos illius ? Ergo providentiam cæteris creaturis non negamus : curam Sponsa vindicat sibi. Numquid de bobus * cura est Deo ? Nec dubium, quin idem possimus dicere de equis, de camelis, de elephantis, et de cunctis bestiis terræ ; similiter et de piscibus maris, et volatilibus cæli ; postremo de omni re quæ est super terram, solis sane exceptis, quibus dicitur : *Omniem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.* An non tibi videtur veluti his verbis dictum, intendite illi, quia ipse intendit vobis ? Et observa apostolum Petrum (ejus enim verba sunt) si non et ipse verborum Sponsæ observaverit,

ordinem. Nempe non ait, *omniem sollicitudinem vestram projicientes in eum*, ut sit ipsi cura de vobis ; sed, *quia ipsi cura est de vobis* ; aperte proinde monstrans, ecclesia sanctorum non modo quam dilecta, sed et quod prius dilecta fuerit.

3. Constat ad eam non pertinere de verbo, quod de bobus dixit Apostolus ; nam curam illius habet qui dilexit illam, et semetipsum dedit pro illa. Nonne hæc est ovis illa errans, cujus cura etiam supernorum curæ gregum prælata est ? Denique illis expositis, pastor descendit ad istam, quæsit diligenter, inventam non reduxit, sed revexit : nova cum illa et de illa intulit cælis festa gaudiorum, populis angelorum invitatis ad solemnitatem. Quid ergo ? Propriis humeris dignatus est eam reportare : et curam illius non habebit ? Ideo non confunditur dicere : *Dominus sollicitus est mei.* Nec se existimat errare, cum item dicit : *Dominus retribuet pro me* ; et si quid est aliud, quod curam Dei circa ipsam significare videatur. Inde est quod Dominum sabaoth dilectum suum dicit, et eum qui cum tranquillitate judicial omnia, sibi intendere gloriatur. Quidni gloriatur ? Audivit illum dicentem sibi : *Numquid mater potest oblivisci ; ut non misereatur filio uteri sui ? Etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui.* Denique oculi Domini super justos. Et quid Sponsa, nisi congre-

Andace d'une
Ame qui aime
Dieu, et
condescen-
dante de
Dieu pour
elle.

* vobis. bobus.

qui cherchent Dieu, qui cherchent la face de l'Époux. Car il ne fait pas attention à elle, sans que, de son côté, elle fasse attention à lui; c'est ce qu'elle exprime en disant : « Il fait attention à moi et moi à lui. » Il fait attention à moi, parce qu'il est bon et miséricordieux, et moi je fais attention à lui, parce que je ne suis pas ingrate. Il me donne grâce sur grâce, et moi je lui rends grâce des grâces qu'il me donne. Il a soin de ma délivrance et moi, de son honneur. Il a soin de mon salut et moi de sa volonté. Il a soin de moi, non d'un autre, parce que je suis son unique colombe, et moi pareillement j'ai soin de lui, non d'un autre, parce que je ne prête point l'oreille à la voix des étrangers, et n'écoute point ceux qui me disent : « Le Christ est ici, le Christ est là. » Celle qui parle ainsi, c'est l'Église.

4. Mais que dirons-nous de chacun de nous en particulier? Pensons-nous qu'il y ait quelqu'un parmi nous, à qui ces paroles de l'Épouse puissent convenir? Mais que dis-je, parmi nous? Je crois qu'il n'y a point de fidèles dans l'Église, dont on ne puisse demander cela très-justement. Car il n'y a pas la même raison pour un seul, que pour plusieurs. Aussi n'a-ce pas été pour une seule âme que Dieu a fait et souffert tant de choses, lorsqu'il a opéré le salut sur la terre, mais pour en unir plusieurs en une même Église, et n'en former qu'une seule Epouse. Cette Epouse unique est très chère à cet unique Epoux, parce qu'elle ne s'attache qu'à lui, comme lui ne se donne qu'à elle. Que n'oserait-elle point attendre d'un amant si jaloux? Que ne doit-elle point espérer de celui qui est descendu du ciel pour la chercher, et qui l'a appelée

des extrémités de la terre? Et il ne l'a pas seulement cherchée, il l'a acquise, et l'a acquise par son propre sang. D'ailleurs, elle présume d'autant plus de soi, que, regardant l'avenir, elle n'ignore pas que le Seigneur a besoin d'elle. Si vous me demandez pourquoi il en a besoin? C'est, dit le Prophète « Pour voir la bonté de ses élus, pour se réjouir de la joie de son peuple, pour être loué de ceux qui composent son héritage (*Psal. cv, 5*). » Et ne croyez pas que cela soit peu considérable. Car je vous assure que tous ses ouvrages seront imparfaits, si celui-là, demeure inachevé. La fin de toutes choses ne dépend-elle pas de l'état et de la consommation de l'Église. Otez cette consommation, et c'est en vain que la créature inférieure attend la révélation de la gloire des enfants de Dieu. Otez-la, et ni les patriarches, ni les prophètes n'arriveront à l'état de leur perfection; saint Paul nous assure que Dieu ne veut pas qu'ils soient parfaits sans nous (*Heb. xi, 40*). Otez-la, et la gloire même des anges sera imparfaite et défectueuse, et la cité de Dieu ne jouira point de l'intégrité de ses parties.

5. Comment sans cela pourrions-nous accomplir le dessein de Dieu, et le grand mystère de la miséricorde? Comment me donnerez-vous des enfants encore à la mamelle, dont la bouche célèbre dans toute sa perfection les louanges de Dieu (*Psal. viii, 3*)? Le ciel n'a point d'enfants, l'Église en a, et c'est à eux que saint Paul dit : « Je vous ai donné du lait, non une nourriture solide (*1 Cor. iii, 2*). » Et le Prophète les invite comme à achever les louanges de Dieu, lorsqu'il dit : « Enfants, louez le Seigneur (*Psal. cxii, 3*). » Croyez-vous que notre Dieu reçoive toute la louange qui est due à sa gloire, avant

Dieu a besoin de nous, si je puis parler ainsi, pour compléter sa gloire.

gatio justorum? Quid ipsa, nisi generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Sponsi? Non enim ille intendit huic, et non ista illi. Propterea utrumque ponit, dicens : *Ille mihi, et ego illi. Ille mihi*, quia benignus et misericors est : *ego illi*, quia non sum ingrata. Ille mihi gratiam pro gratia : ille meæ liberationi, ego illius honori : ille saluti meæ, ego illius voluntati : ille mihi, et non alteri, quoniam una sum columba ejus : ego illi, et non alteri. Nec enim audio vocem alienorum; nec enim acquiesco dicentibus mihi : *Ecce hic est Christus*, aut *ecce illic est*. Hæc Ecclesia.

4. Quid singulus quisque nostrum? Putamusne in nobis quempiam esse, cui aptari queat quod dicitur? Quid dixi, in nobis? Ego autem et de quovis intra Ecclesiam constituto si quis hoc quærat, non omnino reprehendendum censuerim. Nec enim una unius ratio est, atque multorum, Denique non propter animam unam, sed propter multas in unam Ecclesiam colligendas in unicam adstringendas Sponsam, Deus tam multa et fecit et pertulit, cum operatus est salutem in medio terræ. Charissima illa est una uni, non adhærens alteri sponso, non cedens alteri sponsæ, Quid ista non audeat apud tam ambitiosum amatorem? Quid non ab illo speret, qui se quæsit e cælo, vocavit a finibus terræ? Nec modo quæsit, sed acquisivit, Adde et de modo

acquisitionis in sanguine acquisitoris. Alias vero (ut assolet) propterea magis præsumit, quoniam prospiciens in futurum non ignorat, quod Dominus se opus habet. Quæris ad quid? *Ad videndum in bonitate electorum suorum, ad lætandum in lætatione gentis suæ, ut laudetur cum hæreditate sua*. Nec parum hoc opus existimes; nullam, dico tibi, remanebit opus perfectum, si hoc nutarit. Nonne de statu et consummatione Ecclesiæ finis omnium pendet? Tolle hanc, et frustra inferior ista creatura revelationem filiorum Dei exspectat. Tolle hanc, et neque patriarchæ, neque prophetæ aliqui consummabuntur, cum Paulus asserat, Deum ita providisse pro nobis, *ne sine nobis consummarentur*. Tolle hanc, et ipsa sanctorum angelorum pro imperfectione sui numeri gloria claudicabit, nec Dei civitas de sui integritate gaudebit.

5. Unde ergo implebitur propositum Dei, et mysterium voluntatis ejus, magnumque illud pietatis sacramentum? Unde postremo dabis mihi infantes et lactentes, quorum ex ore laudem suam perficiat Deus? Cælum non habet infantes, habet Ecclesia, quibus et dicit : *Lac vobis potum dedi, non escam*. Et hi ad laudem quasi complendam a prophetâ invitantur, dicente : *Laudate pueri Dominum*, Tu putas Deum nostrum totam habiturum suæ gloriæ laudem, donec veniant qui in conspectu angelorum psal-

Cela convient à chacun de nous en particulier.

l'arrivée de ceux qui chantent en la présence des anges : « Nous nous sommes réjouis pour tout le temps que vous nous avez affligés, et pour tous les maux que nous avons soufferts durant tant d'années (*Psal. lxxxix, 5*). » Les cieux n'ont connu cette sorte de réjouissance que par les enfants de l'Eglise. Ceux qui se sont toujours réjouis ne se réjouissent jamais de cette façon. C'est un grand plaisir lorsque la joie succède à la tristesse, le repos au travail, le port à la tempête. La sécurité est agréable à tout le monde, mais elle l'est plus encore à celui qui a craint davantage. La lumière est douce à tout le monde, mais elle l'est encore plus à celui qui s'est échappé de la puissance des ténèbres. Passer de la mort à la vie, c'est doubler la vie. C'est là ce qui me sera propre dans le banquet céleste, et à quoi les esprits bienheureux n'auront point de part. J'ose dire que la vie même bienheureuse sera privée de ce bonheur, si elle ne confesse qu'elle en jouit par la charité, en moi et pour moi. Il semble que j'ajoute quelque chose à la perfection et quelque chose de très-considérable. Après tout, les anges se réjouissent de la pénitence d'un pécheur (*Luc. xv, 10*). Si mes larmes font les délices des anges ; que sera-ce de mes délices ? Toute leur occupation est de louer Dieu, mais il manque quelque chose à leurs louanges, s'il n'y a personne pour dire : « Nous avons passé par le feu et par l'eau, et vous nous avez fait entrer dans un lieu de rafraichissement (*Psal. lxxv, 12*). »

6. L'Eglise est donc heureuse dans son universalité, et sa reconnaissance est infiniment au-dessous de ce qu'elle doit à Dieu ; non-seulement pour ce qu'elle a déjà reçu de sa bonté, mais pour ce qu'elle en doit recevoir un jour, car, pourquoi serait-elle en peine de ses mérites ; puisqu'elle a une

raison de se glorifier bien plus solide et plus assurée, qui est le dessein de Dieu sur elle ? Dieu ne se peut pas nier lui-même, et ne fait point ce qu'il a déjà fait, comme il est écrit, lui qui a fait toutes les choses qui doivent arriver (*Isa. xxxix*). Il le fera sans doute, il le fera, et il ne manquera point à l'exécution de ses desseins. Ainsi vous ne devez plus demander sur quels mérites nous fondons l'espérance de tant de biens, surtout en lisant ces mots dans le Prophète : « Ce n'est pas pour vous, mais pour moi, que je ferai ces choses, dit le Seigneur (*Ezech. xxxvi, 22*). » Il suffit pour les mérites, de savoir que nos mérites ne suffisent pas pour cela. Mais comme c'est assez pour mériter de ne point présumer de ses mérites, c'est assez pour être condamné de n'avoir point de mérites. Les enfants même régénérés dans les eaux du baptême ne manquent point de mérites, ils ont ceux de Jésus-Christ, dont néanmoins ils se rendent indignes s'ils négligent ensuite d'y joindre les leurs, lorsqu'ils ont atteint l'âge de raison. Ayons donc soin d'avoir des mérites ; sachez que ceux que vous avez vous sont donnés, espérez que vous en recueillerez les fruits par la miséricorde de Dieu, et vous éviterez tout danger de pauvreté, d'ingratitude et de présomption. L'indigence de mérite est une pauvreté pernicieuse, mais d'autre part la présomption et l'orgueil ne sont que de fausses richesses. Voilà pourquoi, « Seigneur, ne me donnez, dit le sage, ni les richesses, ni la pauvreté (*Prov. xxx, 8*). Que l'Eglise est heureuse de pouvoir mériter et présumer tout ensemble. Elle a sujet de présumer, mais ce n'est pas de ses mérites. Elle a des mérites, mais pour mériter encore, non pour présumer d'elle-même, n'est-ce pas mériter que de présumer de la foi ? Elle présume donc des mérites de Jésus-Christ

Il faut unis nos mérites à ceux de Jésus-Christ.

Les mérites courent trois dangers.

Nos mérites ne sauraient motiver la présomption chez nous.

tant sibi : *Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala ?* Hoc genus lætitiæ cæli nesciunt, nisi per Ecclesiæ filios : hoc nemo unquam lætatur, qui nunquam non lætatur. Opportune post tristitiam gaudium sumit, post laborem quies, post naufragium portus. Placet cunctis securitas, sed ei magis qui timuit. Jucunda omnibus lux, sed evadenti de potestate tenebrarum jucundior. Transisse de morte ad vitam, vitæ gratiam duplicat. Pars mea hæc in cælesti convivio, et seorsum ab ipsis spiritibus beatis. Audeo dicere expertem meæ beatitudinis ipsam beatam vitam, nisi si dignetur fateri, quod per charitatem ea in me fruitur, et per me. Aliquid sane videtur etiam perfectioni illi accessisse ex me, neque hoc parum. Denique gaudent angeli ad pœnitentiam peccatoris. Quod si deliciæ angelorum lacrymæ meæ, quid deliciæ ? Omne opus ipsorum laudare Deum : sed deest laudi, si desint qui dicant : *Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium.*

6. Felix proinde in sua universitate Ecclesia, cujus omnis gloriatio impar est causæ, non pro his tantum quæ illi jam facta sunt, sed pro his quoque quæ de illa adhuc oportet fieri. Nam et de meritis quid sollicita sit,

cui de proposito Dei firmior suppetit securiorque gloriandi ratio ? Non potest seipsum negare Deus, neque non facere quæ jam fecit, ut scriptum est, qui fecit quæ futura sunt. Faciet ; faciet, nec deerit suo proposito Deus. Sic non est quod jam quæras, quibus meritis speremus bona, præsertim cum audias apud prophetam : *Non propter vos, sed propter me ego faciam, dicit Dominus.* Sufficit ad meritum scire, quod non sufficiant merita. Sed ut ad meritum satis est, de meritis non præsumere : sic carere meritis, satis ad judicium est. Porro infantium reatorum neminem carere meritis, sed Christi habere merita. Quibus se tamen indignos reddunt, si sua jungere non nequiverint, sed neglexerint ; quod quidem periculum jam adultæ ætatis est. Merita proinde habere cures ; habita, data noveris ; fructum speraveris, Dei misericordiam : et omne periculum evasisi paupertatis, ingratitude, præsumptionis. Perniciosa paupertas, penuria meritorum : præsumptio autem spiritus, fallaces divitiæ. Et ideo divitias et paupertates ne dederis mihi Domine, ait Sapiens. Felix Ecclesia, cui nec merita sine præsumptione, nec præsumptio absque meritis deest. Habet unde præsumat, sed non merita : habet merita, sed ad promerendum, non ad

Le plaisir est plus grand quand la joie succède à la tristesse.

La charité des anges s'accroît de toute la nôtre.

Quels sont les mérites des fidèles.

9. Festinamus proinde respirare a conspiratione antiqua et iniqua, quoniam breves dies hominis sunt. Antequam excipiat nos dies respirans, quam nox suspirans absorbeat, æternæ caliginis tenebris exterioribus involvendos. Quæris in quo respiratio ista? In eo, si incipiat spiritus vicissim concupiscere adversus carnem. Huic si repugnas, respiras: si spiritu facta carnis mortificas, respirasti: si hanc cum vitiis et concupiscentiis suis crucifigis, respirasti *Castigo, inquit, corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Vox est respirantis: imo qui jam respirarat. *Vade, et tu fac similiter*, ut te respirasse probes, ut diem denuo inspirantem tibi noveris illuxisse. *Nec nox mortis prævalebit adversus redivivum hunc*

diem: magis autem in tenebris lucet, et tenebræ eum non comprehenderunt. In tantum non reor nec vita descendente cedere lumen vitæ, ut nemini congruentius, quam sic mortuo assignandam censeam vocem illam: *Et nox illuminatio mea in deliciis meis.* Quidni clarius videat, nube, vel potius fæce corporis evolutus? Erit sine dubio vinculis solutus corporeis inter mortuos liber, et inter cæcos videns. Nam quemadmodum olim, omni oculo caligante per universam Ægyptum, solus in mediis tenebris clare videbat populus videns Deum, id est populus Israel, dicente Scriptura, quia *ubicumque Israel erat, lux erat*: sic inter filios tenebrarum, in tetra mortis caligine fulgebunt justis, et videbunt, eo utique clarior, quo exiit corporum umbris. Nam et hi qui ante non respiraverunt (nec enim quæsierunt inspirantis diel lumen, et Sol justitiæ non ortus est eis): hi, inquam, ibunt de tenebris in tenebras densiores, ut qui in tenebris sunt, tenebrescant adhuc; et qui vident, videant magis.

10. Ubi non inconvenienter forsitam adducetur etiam sermo Domini, quem dixit, quia *habenti dabitur, et abundabit; ei autem qui non habet, et quid videtur habere, auferetur ab eo.* Ita est: et additur in morte videntibus, et non videntibus demitur. Quo enim hi minus et minus, eo illi magis magisque vident, donec et

Pour les justes, le vrai jour se lève à la mort.

Pour les impies la mort est une nuit profonde.

La mort est un bienfait pour les âmes pieuses.

Car, à proportion que ceux-ci voient moins, ceux-là voient davantage, jusqu'à ce que les uns entrent dans une nuit « soupirante » et les autres dans le jour « aspirant », qui sont les deux extrêmes ; un extrême aveuglement, et une suprême clarté. Alors il n'y aura plus rien à ôter à ceux qui seront absolument dénués de tout, ni à ajouter à ceux qui seront pleins de tout, si ce n'est que ces derniers espèrent recevoir encore quelque chose au delà de la plénitude, selon la promesse que le Sauveur leur a faite en disant : « On mettra dans votre sein une mesure bonne, pleine, entassée, et qui regorgera par dessus (*Luc. vi. 78*). » Ce qui regorge ne vous semble-t-il pas plus que ce qui est plein ? Cette plénitude surabondante ne vous surprendra pas quand vous verrez qu'il est dit : « Dans l'éternité, et au delà (*Exod. xx. 18*). » Ce sera donc là le comble du jour « aspirant ». Il ajoute, dis-je encore, quelque chose à la plénitude « inspirée, à l'abondance du jour inspirant », il augmente infiniment l'éclat de la gloire, et la fait jaillir sur le corps même. Car c'est pour cela qu'il est appelé le jour aspirant, parce qu'il ajoute à « l'inspirant ». Ce que le Saint-Esprit a marqué par cette préposition à « aspirant », parce que ceux que ce premier jour éclaire au dedans, celui-ci les orne au dehors, et les revêt d'une robe de gloire.

11. Je crois que cela suffit pour rendre raison de ce mot « aspirant ». Et si, voulez-vous que je vous le dise, le jour « Aspirant » c'est le Sauveur que nous attendons, qui reformera notre corps vil et bas, en le rendant conforme à son corps glorieux (*Phil. iii. 21*). Il est aussi le jour « inspirant », parcequ'il

hos excipiat suspirans nox, et illos adspirans dies, quæ sunt novissima utrorumque, extrema videlicet cæcitas, et suprema claritas. Ex hoc jam non est quod dematur omnino vacuis, non est quod addatur plenis : nisi quod hi nescio quid pleno amplius se accepturos præsumunt secundum promissionem ad se factam. Et promissionis quidem verbum tale est : *Mensuram bonam, et conferatam, et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinum vestrum*. An non plus pleno quodam modo tibi esse videtur quod supereffluit ? Porro placide audies plenum et plenius, si te legisse memineris, *in æternum et ultra*. Ergo is cumulus adspirantis erit diei. Ipsa, inquam, adjiciet ad mensuram inspiratæ plenitudinis, ad inspirantis diei copiam, supra modum in sublime pondus gloriæ operans, ita ut redundet in corpora supereffluens clarificationis adjectio. Hac de causa enim non spirans, sed adspirans dicta est, quod addat ad inspirantem, hoc significante Spiritu-Sancto per adjectam, *ad*, præpositionem : quia quos illa intus illuminat, hos ista adornat foris, et stola gloriæ induit eos.

11. Atque id satis pro danda ratione vocabuli quod est *adspirans*. Et si vultis scire, dies *adspirans* ipse est Salvator quem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Nam et inspirans nihilominus idem ipse est, secundum operationem, qua nos respirare prius facit in lumine

nous fait respirer premièrement, dans la lumière qu'il « inspire », afin que nous soyons aussi en lui, un jour « inspirant », en tant que notre âme intérieure se renouvelle de jour en jour, et dans l'esprit, en se rendant semblable à l'image de celui qui l'a créée, et devient ainsi jour de jour, et lumière de lumière. Il y a donc deux jours en nous, le jour « inspirant », qui est la vie du corps, et le jour « respirant », qui est la sanctification de la grâce, et il en reste un troisième, le jour « aspirant », qui nous éclairera par la gloire de la résurrection ; il est manifeste que le grand mystère de bonté qui s'est accompli dans le chef, s'accomplira aussi dans les membres, selon ce témoignage du Prophète : « Il nous vivifiera après deux jours, il nous ressuscitera le troisième jour ; nous vivrons en sa présence ; nous serons intelligents, et nous le suivrons, afin de connaître le Seigneur (*Osee. vi. 3*). » C'est lui que les anges désirent contempler, l'époux de l'Église, Jésus-Christ Notre-Seigneur, qui étant Dieu est élevé et béni par dessus tout dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

Ce qu'il qu'il faut entendre par le jour inspirant, expirant et aspirant.

SERMON LXXIII.

Comment le Christ doit venir au jugement dans la forme humaine, afin de sembler doux aux élus. Comment il est moindre que les anges et plus élevé qu'eux.

1. « Revenez et soyez semblable, mon bien-aimé, à la chèvre et au faon de biche (*Cant. ii, 17*). » Comment, il ne fait que de s'en aller, et vous le

quod inspirat, ut simus et nos dies respirans in ipso, secundum quod interior noster homo renovatur de die in diem, et renovatur in spiritu mentis suæ ad imaginem ejus qui se creavit, factus proinde dies ex die, et lumen ex lumine. Cum igitur duo in nobis præcedant dies, unus quidem inspirans pro corporis vita, alter vero respirans in sanctificationis gratia, porro tertius supersit *adspirans* in resurrectionis gloria : claret profecto aliquando adimpletum iri in corpore quod præcessit in capite, magnum utique pietatis sacramentum, et Prophetæ testimonium, qui ait : *Vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus ; sciemus, sequemurque, ut cognoscamus Dominum*. Ipse est in quem angeli prospicere concupiscunt, sponsus Ecclesiæ Jesus-Christus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO LXXIII.

Qualiter Christus ad judicandum veniet in forma humana, ut suavis appareat electis ; et quomodo minor angelis, iisdemque sublimior.

1. *Revertere, similis esto, dilecte mi, capræ hinnuloque cervorum*. Quid ? Modo it, modo revocas ? Quid subitum in tam brevi emersit ? Oblitane aliquid ? Et am oblita

rappelez ? Qu'est-il arrivé de nouveau en si peu de temps ? Avez-vous oublié quelque chose ? oui, sans doute l'Épouse a oublié tout ce qu'il n'est point, et s'est publiée elle-même. Car, quoiqu'elle ne soit pas privée de raison, il semble néanmoins que pour le moment elle ne se possède pas. Et il ne paraît point qu'elle conserve dans ses paroles cette pudeur qui brille si fort dans ses actions. C'est la violence de l'amour qui en est cause. C'est lui, dans son triomphe, qui impose silence à tout sentiment de pudeur, de bienséance et de retenue, et qui lui fait négliger le temps et les mesures convenables. Car, voyez, l'Époux est à peine parti d'auprès d'elle, qu'elle le conjure aussitôt de revenir. Elle le prie même de se hâter et de courir comme les bêtes des bois les plus agiles, comme la chèvre et le faon de la hiche. Voilà pour ce qui concerne la suite de la lettre. Et c'est la part des Juifs^a.

2. Mais pour moi, comme je l'ai appris du Seigneur, je chercherai l'esprit et la vie dans le sens profond et mystérieux de cette parole sacrée, et c'est là ma portion, parce que je crois en Jésus-Christ. Pourquoi ne tirerais-je pas une nourriture agréable et salutaire de cette lettre stérile et insipide, comme je tire le grain de la paille, la noix de son enveloppe, la moëlle de l'os ? Je ne veux point m'en tenir à cette lettre qui ne sent que la chair, et qui donne la mort, mais ce qu'elle cache est du Saint-Esprit. L'Esprit parle un langage mystérieux, selon le témoignage de l'Apôtre (1. Cor. xiv, 2), mais Israël, au lieu du mystère qui est

^a Le Juif ne tient qu'au sens littéral et charnel, à l'écorce même du sens. C'est ce qui fait dire à saint Bernard dans le nombre suivant : « le son de la lettre est pour le Juif, et le sens de la lettre est pour moi. »

totum quod non ille est, se quoque ipsam. Denique cum sit rationis non expers, non tamen modo, ut videtur, rationis est compos. Sed nec in sensu illi ullatenus apparet verecundia esse, quam forte habet in moribus. Amor intemperans facit hoc. Nempe is est qui omnem in se triumphans captivansque pudoris sensum, convenientiæ modum, deliberationis concilium; totius modestiæ, et opportunitatis neglectum quemdam et quamdam lucuriam parit. Nam vide nunc quomodo illum, pene adhuc incipientem ire, jam tamen redire flagitat. Etiam accelerare rogat, et quidem currere instar unius alicujus feræ silvarum velociter currentis, verbi gratia, capræ, hinnulive cervorum. Hic litteræ tenor, et hæc Judæorum portio.

2. Ego vero, quemadmodum accepi a Domino, in profundo sacri eloquii gremio spiritum mihi scrutabor et vitam; et pars mea hæc, qui in Christum credo. Quidni erum dulce ac salutare epulum spiritus de sterili et insipida littera, tanquam granum de palca, de testa nucleum, de osse medullam ? Nihil mihi et litteræ huic, quæ gustata carnem sapit, glutita mortem affert : sed enim quod in ea tectum est, de Spiritu sancto est. Spiritus autem loquitur mysteria, teste Apostolo : sed Israel pro velato mysterio ipsum mysterii velamen tenet.

voilé, prend le voile qui couvre le mystère. Pourquoi cela ? sinon parce qu'il y a encore un voile sur son cœur. Ainsi le son de la lettre est pour lui, et le sens en est pour moi. Il trouve la mort dans la lettre, et je trouve la vie dans l'esprit. Car c'est l'esprit qui donne la vie, parce qu'il donne l'intelligence. L'intelligence n'est-elle pas la vie ? « Donnez-moi l'intelligence et je vivrai (Psal. cxviii, 44), » dit le Prophète au Seigneur. L'intelligence ne demeure pas au dehors, n'est pas attachée à la surface, ne marche pas à tâtons comme un aveugle, mais pénètre au fond des choses, d'où elle tire souvent les trésors de la vérité, et dit avec le Prophète : « J'ai autant de joie d'avoir découvert vos paroles, qu'un homme qui a trouvé de riches dépouilles (Ibid. 162). » C'est ainsi que le royaume de la vérité souffre violence, et il n'y a que ceux qui lui font violence qui le ravissent (Matth. II, 12). Mais ce frère aîné de l'Évangile (Luc. xv, 25), qui revient du champ est la figure du peuple ancien et grossier, qui ne travaille que pour un héritage terrestre, gémit sous le pesant fardeau de la loi, et porte le poids du jour et de la chaleur; ce frère aîné, dis-je, parce qu'il n'a point d'intelligence, demeure encore à présent dehors, et ne veut pas entrer dans la maison du banquet, bien que son père l'y convie, se privant ainsi lui-même encore aujourd'hui du concert de musique, et du veau gras. Malheureux, il refuse d'éprouver combien il est doux et agréable à des frères de demeurer ensemble. Que cela soit dit pour montrer la différence de la part de l'Église, et de celle de la Synagogue, et pour qu'on reconnaisse plus clairement l'aveuglement de l'une et la prudence de l'autre, et que la félicité de celle-ci pa-

Aveuglement et fatuité de la Synagogue.

Quare nisi quia adhuc velamen est positum super cor ejus ? Ita quod sonat littera, illius est ; quod signat *, meum est ; ac per hoc illi ministratio mortis in littera, mihi vita in spiritu. Nam *spiritus est qui vivificat* : dat quippe intellectum. An non vita intellectus ? *Intellectum da mihi, et vivam*, ait Propheta Domino. Intellectus non remanet extra, non hæret in superficie, non instar cæci palpat forinseca, sed profunda rimatur, pretiosissimas solitus exinde veritatis exuvias tota aviditate deripere ac tollere sibi, et cum Propheta dicere Domino : *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa*. Nempe ita regnum veritatis vim palitur, et violenti rapiunt illud. Verum ille senior frater, qui de agro veniens formam tenuit populi veteris et terreni, qui pro terrena hæreditate doctus diligere trituram, attrita fronte gemit anxius sub gravi jugo legis, portatque pondus diei et æstus. Is, inquam, quia intellectum non habuit, foris stat etiam nunc, et non vult nec invitatus a patre intrare domum convivii, semetipsum fraudans usque adhuc participio symphonici, et chori, et vituli saginati. Miser qui renuit experiri, quam bonum sit et quam jucundum habitare fratres in unum. Et hæc dicta sint pro distinctione partis Ecclesiæ, partisque Synagogæ, quo et cæcitas hujus ex illius prudentia manifestior fiat, et

* al. designat.

raïsse davantage par la malheureuse folie de celle-là.

3. Examinons maintenant les paroles de l'Épouse, et tâchons d'exprimer tellement les chastes affections d'un saint amour, qu'il ne paraisse rien contre la raison, ni rien d'indécent dans ce discours sacré. Si nous nous souvenons de l'heure où le Seigneur Jésus, qui est l'Époux, passa de ce monde à son Père, et en même temps de l'état où était l'Église, sa nouvelle Épouse, lorsque, comme une veuve désolée, elle se vit abandonnée de son unique espérance, je veux parler des apôtres, qui après avoir tout quitté l'avaient suivi, et étaient demeurés avec lui dans ses tentations ; si, dis-je, nous pensons à ces choses, je crois que nous trouverons que ce n'est pas sans raison ni hors de propos qu'elle est si fort en peine de son retour, qu'elle s'attriste de son départ, surtout en se voyant ainsi seule et délaissée. L'amour qu'elle porte à son bien-aimé, et l'indigence où elle se trouve sont une double raison pour elle de l'avertir que, puisqu'elle ne peut lui persuader de ne point remonter au lieu où il était auparavant, il se hâte au moins d'accomplir la promesse de son retour. Car si elle désire et demande qu'il soit semblable aux bêtes les plus vites à la course, c'est une marque de la violence et de l'empressement de son désir, qui ne trouve rien d'assez prompt. N'est-ce pas ce qu'elle demande tous les jours lorsqu'elle dit dans sa prière : « Que notre règne arrive (Matth. vi, 10)? »

4. Je pense néanmoins qu'elle n'a pas seulement voulu marquer l'agilité, mais encore la faiblesse, celle du sexe dans la chèvre, et celle de l'âge dans

le faon. Elle veut donc, à ce que je crois, que, tout en revenant avec puissance, il ne paraisse pas néanmoins au jugement dernier dans la forme de Dieu, mais en celle où il est né, où il est né petit enfant pour nous, né seulement du sexe faible. Pourquoi cela ? Afin que l'un et l'autre l'avertissent d'être doux envers les pécheurs au jour de sa colère, et de se souvenir au jugement de faire prévaloir la miséricorde sur la justice. Car s'il examine les péchés à la rigueur, je dis même ceux des élus, qui pourra subsister en sa présence (Psal. cxxiv, 3) ? Les astres ne sont pas purs devant lui, et il trouve des taches dans ses anges mêmes (Job. xxv). Ecoutez, en effet, ce qu'un saint, un élu dit à Dieu. « Vous m'avez remis la malice de mon péché, et tout juste priera pour ses péchés au temps favorable pour en obtenir le pardon (Psal. xxxi, 5). » Les saints même ont donc besoin de prier pour leurs péchés pour être sauvés par la miséricorde de Dieu, sans se confier en leur propre justice. Car tous ont péché, et ont besoin de la miséricorde. Afin donc que, lorsqu'il sera en colère, il se souvienne de sa miséricorde, l'Épouse le prie de paraître dans une forme qui le porte à faire miséricorde, c'est-à-dire dans celle dont parle l'Apôtre lorsqu'il dit : « Il a été trouvé semblable à un homme selon la forme extérieure (Philip. ii, 7). »

5. Et certes il est bien nécessaire pour nous qu'il en soit de la sorte, car si, nonobstant ce tempérament, il doit y avoir tant d'équité dans ses arrêts, de sévérité dans ce juge, d'éclat dans sa majesté, et de changement dans la face de la nature, que selon un Prophète, « On ne saurait seulement

Les saints même doivent prier pour leurs péchés.

felicitas illius ex hujus miseranda fatuitate præmineat.

3. Nunc jam scrutemur verba Sponsæ, et sic conemur castos exprimere sancti amoris affectus, ut nil in sacro eloquio ratione carens, nil indecorum importunumve resedisse omnino appareat. Et si in mentem venerit hora illa, cum Dominus Jesus (is enim Sponsus est) transiret ex hoc mundo ad Patrem, simulque quid tunc animi gereret sua illa domestica Ecclesia, nova utique nupta, cum se deseri cerneret quasi viduam desolatam unica spe sua (apostolos loquor, qui relictis omnibus secuti fuerant eum, atque cum ipso permanserant in tentationibus suis :) si hæc, inquam, cogitaverimus, non immerito neque incongrue, puto, videbitur, quantum de abscessu tristis, tantum sollicita extitisse de reditu, præsertim sic affecta, et sic relicta. Itaque diligenti et indigenti hæc ipsa duplex ratio erat commendandi dilectum, ut, quandoquidem persuaderi non poterat quin iret et ascenderet ubi erat prius, saltem promissum denuo maturaret adventum. Quod enim optat et postulat similem fore feris, et ejusmodi feris, quæ cursu agiliores esse videntur; cupientis animi indicium est, cui nihil satis festinatur. Nonne hoc quotidie postulat, cum dicit in oratione, *Adveniat regnum tum?*

4. Ego tamen præter agilitatem, existimo non minus signanter exprimi etiam infirmitatem, et quidem sexus

in caprea, ætatis in hinnulo. Vult itaque eum (ut mihi videtur) etsi cum potestate venire, non tamen in forma Dei in judicio apparere: sed sane in ea, quæ non modo natus, sed et parvulus natus est nobis, idque solo de infirmiori femineo sexu. Cur hoc? Nempe ut ex utroque admoneatur infirmo mitescere in die iræ, meminertique in judicio misericordiam superexaltare judicio. Etenim si iniquitates observaverit, etiam electorum, quis sustinebit? Astra non sunt munda in conspectu ejus, et in angelis suis reperit pravitatem. Audi denique sanctum et electum quid dicat Deo: *Tu, inquit, remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.* Opus itaque habent et sancti pro peccatis exorare, ut de misericordia salvi fiant, propriæ justitiæ non fidentes. Omnes enim peccaverunt, et egent omnes misericordia. Ut ergo cum iratus fuerit, misericordiæ recordetur; rogatur ab ista apparere in misericordiæ habitu, illo, de quo Apostolus: *Et habitu, inquit, inventus ut homo.*

* al. add. Dei.

5. Necessarie quidem. Si enim cum hoc quoque temperamento tanta erit in judicio æquitas, in Judice feritas; in majestate sublimitas, novitas in facie ipsa rerum, ut secundum Prophetam non possit cogitari dies adventus ejus: quid putas foret, si ignis ille consumens (Deum loquor omnipotentem) in illa suæ divinitatis magnitudine, fortitudine, puritate venisset, contra folium quod

Sens mystique.

L'Église désire le second avènement de Jésus-Christ.

penser au jour de son avènement (*Malac. III, 2*) ; » que croyez-vous que ce serait, si ce feu consumant, qui est Dieu même, venait dans toute cette grandeur, cette force, et cet éclat de la divinité, pour faire voir sa puissance contre une feuille qui est le jouet du vent, et pour poursuivre une paille sèche ? C'est un homme, dit le Prophète, et cependant qui pourra lever seulement les yeux sur lui ? Qui pourra soutenir ses regards ? Combien moins les hommes le pourraient-ils supporter, s'il se faisait voir à eux dans sa divinité toute pure, sans être revêtu de son humanité, et dans cet état où il est inaccessible par sa lumière, et par sa hauteur, et incompréhensible par sa majesté souveraine ? Mais maintenant, lorsque sa colère s'enflammera (*Psal. II, 13*), comme dit le Prophète, que l'humanité dont il sera couvert paraîtra agréable aux enfants de la grâce ! Ce sera pour eux l'affermissement de leur foi, la force de leur espérance, et l'accroissement de leur confiance, il exercera sa miséricorde envers les saints, et il regardera favorablement ses élus. Car Dieu le Père lui-même a donné au Fils la puissance de juger, non parce qu'il est son fils, mais parce qu'il est fils de l'homme. O vrai Père des miséricordes ! Il veut que les hommes soient jugés par un homme, afin que dans une si grande frayeur, et au milieu de tant de maux, la ressemblance d'une même nature donne de la confiance aux élus. Le Prophète David avait prédit cela autrefois, dans une prophétie faite en forme de prière : « O Dieu, dit-il, donnez au roi votre puissance de juger, et votre justice au fils du roi (*Psal. LXXI, 2*). » La promesse que les anges firent aux apôtres, après avoir emporté le Sauveur dans le ciel, ne s'éloigne pas de ce que

dit David : « Ce Jésus qui vous a quittés pour monter au ciel, viendra de même que vous l'avez vu, lorsqu'il y est monté (*Actus. I, 11*), » c'est-à-dire dans cette même forme et substance corporelles.

6. On voit clairement par toutes ces choses, que l'Épouse a en elle un conseil divin, et qu'elle n'ignore pas le mystère de la volonté suprême, elle marque, par manière d'oraison et de prophétie, que la nature la plus infirme, ou plutôt la nature la moins excellente (car alors elle ne sera plus infirme) doit se montrer au jugement, en sorte que celui qui ébranle le ciel et la terre par sa vertu, s'armera de puissance contre les pécheurs, et néanmoins paraîtra doux et affable et comme désarmé aux élus. A quoi on peut ajouter encore, que, pour discerner les uns d'avec les autres, il aura besoin, non-seulement de l'agilité du faon de biche, mais encore des yeux clairvoyants de la chèvre, afin que, dans une si grande multitude, et dans un si grand bouleversement, il puisse reconnaître ceux sur lesquels il doit sauter spirituellement, et ceux qu'il doit passer, pour ne pas fouler aux pieds le juste au lieu de l'impie, lorsqu'il brisera les peuples dans sa colère. Car, pour les impies, il faut que la prophétie de David, ou plutôt la parole du Seigneur, qui parlait par sa bouche, s'accomplisse : « Je les mettrai en poudre pour servir de jouet au vent, je les foulerai aux pieds, comme l'on foule la boue des places publiques (*Psal. XVII, 43*). » Et que cette autre parole d'un autre Prophète soit aussi accomplie, lorsque, retournant vers les anges, il dira : « Je les ai foulés aux pieds dans ma colère et dans ma fureur (*Isa. LXIII, 3*). »

7. Si quelqu'un croit qu'il vaut mieux entendre les paroles de l'Épouse en ce sens, que notre faon

vento rapitur, ostensus potentiam suam, et stipulam siccam persecuturus? Et homo est, inquiet, et quis videbit eum? *Et qui stabit ad videndum eum?* Quanto magis Deum nobis absque homine exhibentem nemo hominum feret, utpote claritate inaccessibilem, celsitudine inattingibilem, incomprehensibilem majestatem? Nunc vero cum exarserit in brevi ira ejus, quam grata propter filios gratiæ apparebit blanda quædam visio hominis, sane firmamentum fidei, spei robur, fiduciæ augmentum quod scilicet gratia et misericordia sit in sanctos ejus, et respectus in electos illius. Denique ipse Pater Deus dedit Filio judicii potestatem, et non quia suus, sed quia filius hominis est. O vere Patrem misericordiarum! vult per hominem homines judicari, quo in tanta trepidatione et perturbatione malorum, electis fiduciam præstet naturæ similitudo. Prædixerat hoc quondam sanctus David, orans pariter et prophetans : *Deus*, inquiens, *judicium tuum regi da et justitiam tuam filio regis.* Sed neque huic dissonat promissio facta per angelos, qui eo assumpto ita ad apostolos loquebantur : *Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum, hoc est in hac ipsa corporis forma atque substantia.*

6. Liqueat ex his omnibus Sponsam in se divinum ha-

bere concilium, et mysterium supernæ voluntatis minime ignorare, quæ sub umbra imbellium imbecilliumque animalium naturam infirmiore, vel potius inferiorem (quia jam infirma non erit) in judicio exhibendam, et orantis affectu, et spiritu prophetantis enuntiat, quatenus qui cælum terramque movebit in virtute sua, accinctus potentia contra insensatos, et suavis nihilominus et mitis, et quasi omnino inermis appareat propter electos. Ubi hoc quoque addi potest, quia ad discernendum alterutros a se, opus erit quodam modo illi, cum hinnuli quidem saltibus, luminibus capræ, quatenus videre et discernere in tanta multitudine et in tanta turbatione possit, in quosnam salire, et quos transilire oporteat, ne forte contingat justum pro impio conculcari, cum in ira populos coufringet. Nam quantum ad impios, necesse est ut impleatur prophetia David, imo sermo Domini loquentis per os ejus ; quia *comminuum eos ut pulverem ante faciem venti, ut lutum platearum delebo eos* : et item alius sermo, quem per alium prophetam prædixerat, impletus nihilominus tunc cognoscetur, cum ad angelos rediens dicet : *Calcavi eos in furore meo, et conculcavi eos in ira mea.*

7. Si cui autem magis ita intelligendum videtur, ut malos potius transilire, atque in bonos salire hinnulus

Au jugement Jésus-Christ ne montrera point sa divinité, mais son humanité

Dieu a donné le pouvoir de juger au Fils en tant qu'homme et pourquoi.

de biche passera les méchants, et sautera sur les bons, je le veux bien, pourvu qu'il tombe d'accord qu'il règlera ses sauts, en sorte, qu'il fera une différence entre les bons et les méchants. Car je pense, si je m'en souviens bien, que c'est aussi le sens que j'ai donné dans un autre discours, où j'ai expliqué ce même verset (*Serm. v, 4*). Mais alors ce faon sautait, ou passait outre, selon la dispensation de la grâce qui est donnée aux uns, dans cette vie, et refusée aux autres, par un juste mais secret jugement de Dieu. Mais ici c'est pour récompenser les mérites d'une dernière et différente manière. Et peut-être les dernières paroles de ce verset que j'avais presque oublié, favorisent-elles ce sens. Car, après avoir dit : « Soyiez semblable, mon bien-aimé, à la chèvre et au faon de biche, elle ajoute sur les montagnes de Béthel (*Cant. II, 17*). » Car il n'y a point de mauvaises montagnes dans la maison de Dieu, qui est ce que signifie Bethel. C'est pourquoi l'Époux, en sautant sur elles, ne les foule pas, mais les réjouit, et cette parole de l'Écriture se trouve accomplie : « Les montagnes et les collines chanteront des louanges en la présence de Dieu (*Isa. LV, 12*). » Il y a, en effet, des montagnes que, selon l'Évangile, la foi compare à un grain de moutarde, transporté d'un lieu à un autre ; mais ce ne sont pas les montagnes de Béthel. Car la foi n'enlève pas ces dernières, elle les cultive.

8. Si les Principautés, les Puissances, et les autres troupes des esprits bienheureux, enfin, si toutes les vertus célestes sont les montagnes de Béthel, en sorte que nous entendions d'eux ce qui est dit : « Ses fondements sont dans les montagnes saintes, » ce faon de biche ne paraîtra point vil et méprisable, puisqu'il est élevé au dessus de si ex-

cellentes montagnes, il paraîtra « d'autant meilleur que les anges, qu'il a reçu en partage un nom beaucoup plus noble qu'eux, comme dit l'Apôtre (*Heb. II, 4*). Qu'il a été rendu un peu inférieur aux anges (*Psal. VIII, 6*); » cela n'empêche pas qu'il ne soit meilleur qu'eux, l'Apôtre et le Prophète ne se sont pas contredits, puisqu'ils étaient animés du même esprit. Car c'est par sa volonté, non par nécessité, qu'il a été inférieur aux anges. En sorte que, bien loin que cela diminue rien de sa bonté, au contraire cela l'augmente. Aussi, le Prophète ne dit pas, qu'il est moindre que les anges, mais qu'il a été rendu inférieur aux anges, relevant ainsi la grâce de sa miséricorde, sans faire tort à sa grandeur. Sa nature ne lui permettait pas d'être moindre que les anges, mais la cause de son abaissement au dessous d'eux, en est l'explication. Car il ne leur a été inférieur que parce qu'il l'a bien voulu. Il l'a été par sa volonté, et pour notre avantage, et ainsi cet abaissement n'est l'effet que de la compassion qu'il a eue pour nous. Il n'a donc rien perdu en s'humiliant, puisque sa clémence a gagné tout ce qu'il semblait que sa majesté eût perdu. L'Apôtre n'a pas passé sous silence ce grand mystère d'une bonté si extrême, lorsqu'il a dit : « Ce Jésus qui a été un peu abaissé au dessous des anges, nous le voyons, à cause de sa passion, couronné d'honneur et de gloire (*Heb. II, 9*). »

9. Que cela soit dit pour l'explication de la comparaison que l'Épouse fait de l'Époux avec un faon de biche, et pour faire voir qu'elle ne fait point injure à sa majesté. Que dis-je ! elle n'en fait pas même à son infirmité. Il est un faon de biche, il est un petit enfant. Il est semblable à une chèvre, comme étant né d'une femme, et néan-

La grâce est donnée aux uns et refusée aux autres.

Comment le Christ a-t-il été rendu inférieur aux anges.

L'amoindrissement du Christ fut une pure miséricorde.

La Christ a été fait plus élevé que les anges.

noster debeat, non contendo : tantum cogitet saltus dispositum iri in discriminationem honorum, malorumque. Nam et a me (si bene memini) ita dictum est in sermone altero, ubi capitulum idem alibi supra et ab auctore positum, et a me expositum nihilominus reperitur. Verum ibi secundum dispensationem quidem gratiæ, quæ in præsentî vita aliis datur, aliis non datur, justo quidem Dei judicio, sed occulto, salire, et transilire is hinnulus dictus est : hic autem secundum ultimam ac variam retributionem meritorum. Et forte sensui huic videatur ad stipulari extremum capituli hujus, quod qui dem pene oblitus fueram. Dicens namque, *Similis esto, dilecte mi, caprea hinnuloque cervorum*, addit, *super montes Bethel*. Nec enim in domo Dei (quod sonat Bethel) mali montes sunt. Quamobrem saliens in eos hinnulus non conculcat, sed lætificat, ut Scriptura impleatur quæ dicit : *Moutes et colles cantabunt coram Deo laudes*. Et quidem sunt montes, quos secundum Evangelium tollit fides comparata sinapi, sed non sunt montes Bethel. Etenim quicumque sunt Bethel, minime eos tollit fides, sed colit.

8. Quod si Principatus et Potestates, necnon et cætera nihilominus beatorum Spirituum agmina, cælorumque Virtutes montes sunt Bethel, ut de his intel-

ligamus dictum, *Fundamenta ejus in montibus sanctis*; non sane is hinnulus vilis ac contemnendus, qui supra tam excellentes montes visus est apparere, *tanto angelis melior effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit*. Quid enim, si in psalmo legimus minoratum ab angelis? Neque enim ideo non melior, quia minor; nec contraria sunt locuti Apostolus et Propheta, quippe habentes eundem spiritum. Nam si dignationis fuit quod minoratus est, non necessitatis; nihil plane in hoc bonitati præscribitur, sed adscribitur. Denique minoratum Propheta perhibuit, non minorem, attollens gratiam, et propellens injuriam. Nam et minoritatem natura recusat, et minorationem excusat causa. Nempe minoratus est, quia ipse voluit: minoratus est sua voluntate, et nostra necessitate. Sic minorari, misereri fuit. Quænam perditio hæc? Profecto accessit pietati, quidquid majestati visum est deperisse. Quanquam nec Apostolus tacuit hoc magnum magnæ pietatis arcanum, sed ait : *Eum autem qui modico quam anyeli minoratus est, videmus Jesum, propter passionem mortis gloria et honore coronatum*.

9. Et hæc dixerimus pro nomine et similitudine hinnuli, quatenus Sponso eam, juxta sermonem Sponsæ, absque majestatis injuria aptaremus. Quid dico absque

moins il est sur les montagnes de Béthel, il a été fait plus élevé que les Cieux ^a (*Heb.* vii, 26). » L'Apôtre ne dit pas qui est, ou qui subsiste plus élevé que les cieux de peur qu'on ne s'imaginât qu'il voulût parler de la nature de celui qui est l'Être par excellence. Lors même qu'il le préfère aux anges, il ne dit pas qu'il est ou qu'il subsiste, mais « qu'il a été fait meilleur qu'eux (*Heb.* i, 4). » D'où il paraît que, non-seulement selon ce qu'il est de toute éternité, mais encore selon ce qu'il a été fait dans le temps, il est éminemment élevé au dessus de toutes Principautés et de toutes Puissances, et enfin au dessus de toutes créatures, comme le premier-né de toutes les créatures. Aussi, ce qui paraît folie en Dieu est plus sage que toute la sagesse des hommes, et ce qu'il y a de faible en lui est plus fort que toute leur force (*I Cor.* i, 25). C'est ce que dit l'Apôtre ; mais, pour moi, je crois qu'on peut encore, sans se tromper, dire la même chose à l'égard des anges. On peut donc appliquer ce passage à l'Église universelle.

10. Pour ce qui est d'une âme en particulier, Car une âme peut être épouse, si elle aime Dieu avec douceur, avec sagesse et avec passion, tout homme spirituel peut remarquer en soi ce que sa propre expérience lui enseigne sur ce sujet. Pour moi, je ne craindrai point de vous déclarer ce que Dieu

^a Dans tous les manuscrits et dans les premières éditions des Œuvres de saint Bernard, on lit la leçon que nous donnons ici : *Horstius* a lu « demeure. » On retrouve dans le sermon soixante-quatrième, le mot que nous traduisons ici par « qui est » et que les éditeurs ont remplacé par le mot « qui s'assoit. » Toutefois il est à remarquer que dans ce sermon soixante-troisième, on lit aussi un peu plus loin, « il demeure où il existe. »

majestatis injuria, quando nec infirmitas inhonorata remansit? Hinnulus est, parvulus est; capræ quoque similis perhibetur, tanquam factus ex muliere: attamen *super montes Bethel*, attamen excelsior cœlis factus. Non dicit, excelsior cœlis ens vel existens: sed *excelsior cœlis factus*, ne quis putet de illa natura dictum, in qua est qui est. Sed et ubi præfertur angelis, melior nihilominus perhibetur effectus, et non dicitur manens vel existens melior. Ex quibus apparet, quod non modo in eo quod ab æterno est, sed etiam in eo quod in tempore factus est, omnem sibi eminentiam vindicet supra omnem Principatum et Potestatem, supra omnem denique creaturam, utpote primogenitus omnis creaturæ. Itaque *quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Hoc quidem Apostolus. Mihi autem non videtur errare, si quis etiam sapientiæ et fortitudini angelorum præferendum dicas identidem stultum infirmumque Dei. Ita ergo præsens locus convenienter aptabitur universali Ecclesiæ.

10. Jam vero quod ad unam singulariter animam spectat (nam et una, si Deum dulciter, sapienter, vehementer amat, sponsa est) quisque spiritualis in semelipso advertere potest, quid sibi inde proprium respondeat experimentum. Ego vero quidquid illud est, quod in me de hujusmodi experiri donatum est, coram eloqui non

m'a fait la grâce d'en ressentir ; car quoique cela puisse sembler vil et méprisable, je ne m'en soucie guère, attendu que celui qui est spirituel ne me méprisera point. Mais réservons ce sujet pour un autre discours. Peut-être y en aura-t-il qui seront édifîés de ce que l'époux de l'Église Jésus-Christ Notre-Seigneur m'inspirera sur les prières qui lui seront faites, lui qui étant Dieu et élevé au dessus tout, est béni dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

SERMON LXXIV.

Visites du Verbe époux à l'âme sainte ; combien elles sont secrètes. C'est ce que saint Bernard fait connaître à ses auditeurs, pour leur édification, avec humilité et une sorte de pudeur.

1. « Revenez (*Cant.* ii, 17), » dit-elle. Il reste manifeste que l'Époux n'est pas présent puisqu'elle le rappelle, et néanmoins il l'a été fort peu de temps auparavant puisqu'il semble qu'elle le rappelle au moment où il s'en allait. Ce rappel qui paraît si hors de propos est la marque de l'amour extrême de l'un et de la beauté aimable de l'autre. Où sont ceux qui cultivent si fort l'amour, et qui sont si passionnés pour lui ; qu'ils n'ont ni trêve ni paix dans sa poursuite ? Je me souviens que je vous ai promis d'appliquer ce passage au Verbe et à l'âme ; mais je confesse que pour le faire tant soit peu dignement, j'ai grand besoin du secours du Verbe lui-même. Et véritablement ce discours siérait mieux à une personne qui aurait éprouvé plus que moi

Crainte et modestie de saint Bernard quand il parle de lui.

verebor. Nam etsi vile forsitan cum fuerit auditum, et despicabile videatur ; non mea refert : quia qui spiritualis est, non me despiciet ; qui minus, non me intelliget. Attamen si in alium istud sermonem servavero, forte non deerunt qui ædificentur in iis, quæ exoratus interim Dominus inspirabit, sponsus Ecclesiæ Jesus-Christus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO LXXIV.

De visitationibus Verbi Sponsi, quam occulte fiant ad animam sanctam, idque Bernardus sui ipsius exemplo ad ædificationem suorum demisse ac verecunde declarat.

1. *Revertere*, inquit. Liqueat non adesse quem revocat ; affuisse tamen, idque non longe ante : quippe qui dum adhuc abiret, revocari videtur. Intempestiva revocatio, magni unius amoris, magnæ alteritus amabilitatis indicium est. Qui sunt isti charitatis cultores, amatorique tam indefesi sectatores negotii, quorum alterum prosequitur, alteram urget tam inquietus amor ? et mihi quidem, ut memini meæ promissionis, incumbit assignare hunc locum Verbo et animæ : sed ad hoc ut digne vel aliquantisper fiat, ipsius adjutorio Verbi egere me fateor

les secrets de l'amour divin et les posséderait plus à fond. Mais je ne puis me dispenser de ce que je vous dois, et de satisfaire vos désirs. Je sais bien le danger où je m'engage, et je ne l'évite pas, parce que vous me contraignez à m'y engager. Vous m'obligerez, pour user des termes du Prophète, à entreprendre des choses qui sont grandes et placées infiniment au dessus de moi. Hélas ! Je crains qu'on ne me dise : Pourquoi racontez-vous mes délices, et pourquoi une bouche aussi impure que la vôtre parle-t-elle de mes mystères ? Écoutez cependant un homme qui appréhende de parler, et qui ne saurait se taire. Peut-être cette appréhension même excusera-t-elle ma hardiesse, surtout si cela sert à votre édification ; et peut-être Dieu aura-t-il aussi égard aux larmes que je verse. Revenez, dit l'Épouse. Elle avait raison. Il s'en allait, et elle le rappelle. Qui me découvrira la raison mystérieuse de ces changements ? Qui m'expliquera dignement ce que c'est que ces allées et ces retours du Verbe ? Est-ce que l'Époux est inconstant ? D'où peut sortir et où peut aller ou retourner celui qui remplit tout ? Quel mouvement local peut avoir celui qui est Esprit ? ou quel mouvement peut-on attribuer à Dieu, à celui qui est absolument immuable ?

Combien les voies de l'Époux sont inconnues.

L'Écriture sainte parle de Dieu en figures.

2. Que celui qui peut comprendre ces choses les comprenne. Pour nous, marchant simplement et avec prudence néanmoins, dans l'exposition de ce discours mystique et sacré, suivons l'exemple de l'Écriture qui se sert de nos paroles pour exprimer la sagesse cachée dans ce mystère, et qui, pour figurer Dieu à nos esprits, nous l'insinue par les images des choses sensibles, nous présen-

tant ainsi un avantage précieux : je veux parler de ce qu'il y a d'inconnu et d'invisible en Dieu, dans des vases d'une matière de peu de valeur. Imitons-la, et disons que le Verbe de Dieu, qui est Dieu, et l'époux de l'âme, vient dans l'âme de la manière qu'il lui plaît et la laisse ensuite, pourvu seulement que nous croyions que cela se fait par un sentiment intérieur de l'âme, non par un mouvement du Verbe. Par exemple, lorsqu'elle sent la grâce, elle reconnaît que le Verbe est présent, et lorsqu'elle ne la sent pas, elle se plaint de ce qu'il est absent, et demande qu'il revienne à elle, en disant avec le Prophète : « Toutes les affections de mon âme vous cherchent, je chercherai, Seigneur, votre présence (*Psal.* xxvi. 8). » Et comment ne le chercherait-elle pas, puisque lorsque cet aimable Époux s'est retiré, elle ne saurait désirer autre chose que lui, ni penser à autre chose qu'à lui. Il ne lui reste donc que de le chercher avec soin quand il est absent, et de le rappeler quand il s'en va. C'est donc ainsi que le Verbe est rappelé, et il est rappelé par le désir de l'âme, mais de l'âme à qui il a eu la bonté de se faire goûter une fois. Le désir, n'est-ce pas une voix ? Oui, c'en est une, et forte même. Car « le Seigneur », dit le Prophète, « a exaucé le désir des pauvres (*Psal.* ix. 17). » Lors donc que l'Époux s'en va, le seul cri de l'âme, son seul et continu désir, sa seule et unique demande, c'est qu'il revienne.

Le désir est la voix qui rappelle l'Époux.

3. Donnez-moi maintenant une âme que le Verbe Époux ait coutume de visiter souvent, à qui la familiarité donne de la hardiesse, le goût de la faim, le mépris de toute chose du repos, et je ne ferai point difficulté de lui attribuer la voix et le nom

De quelle âme s'agit-il ici ?

Et certe sermo iste decuerat magis expertum, magisque consciuum sancti et arcani amoris : sed non possum officio deesse meo, non vestris omnino votis. Periculum meum video, et non caveo ; vos me cogitis. Prorsus cogitis ambulare in magnis et in mirabilibus super me. Heu ! quam vereor ne subinde audiam : Quare tu enarras delicias meas, et assumis sacramentum meum per os tuum ? Audite me tamen hominem qui loqui trepidat, et tacere non potest. Excusabit forsitan ausum trepidatio ipsa mea ; magis autem vestra, si provenerit, ædificatio. Et forte hæ lacrymæ pariter videbuntur. *Revertere*, ait. Bene. Abibat, revocatur. Quis mihi reseret hujus mutabilitatis sacramentum ? Quis mihi digne explicet ire, et redire Verbi ? Numquid levitate utitur Sponsus ? Unde, quo venire seu denuo ire queat, qui totum implet. Quem denique motum habere localem possit qui spiritus est ? Aut quem postremo vel cujuscumque generis motum das illi qui Deus est ? Est quippè omnino incommutabilis.

2. Verum hæc qui potest capere, capiat. Nos autem in expositione sacri mysticæ eloqui caute et simpliciter ambulantes, geramus morem Scripturæ, quæ nostris verbis sapientiam in mysterio absconditam loquitur ; nostris affectibus Deum, dum figurat, insinuat ; notis rerum sensibilium similitudinibus, tanquam quibusdam vilioris materiæ poculis, eæ quæ pretiosæ sunt, ignota et

invisibilia Dei, mentibus propinat humanis. Sequamur proinde et nos eloqui casti consuetudinem, dicamusque verbum Dei Deum sponsum animæ, prout vult et venire ad animam, et iterum dimittere eam : tantum ut sensu animæ, non verbi motu, ista fieri sentiamus. Verbi causa, cum sentit gratiam, agnoscit præsentiam : cum non, absentiam queritur, et rursum præsentiam quærit, dicens cum Propheta : *Exquisivit te facies mea, faciem tuam, Domine, requiram*. Quidni requirat ? Neque enim, subducto sibi tam dulci sponso, interim aliquid aliud non dico desiderare, sed nec cogitare libebit. Restat igitur ut absentem studiose requirat, revocet abeuntem. Ita ergo revocatur Verbum, et revocatur desiderio animæ, sed ejus animæ, cui semel indulserit suavitatem sui. Numquid non desiderium vox ? Et valida. Denique *desiderium pauperum*, inquit, *exaudivit Dominus*. Verbo igitur abeunte, una interim et continua animæ vox, continuum desiderium ejus, tanquam unum continuumque *revertere*, donec veniat.

3. Et nunc da mihi animam, quam frequenter Verbum sponsus invisere soleat, cui familiaritas ausum, cui gestus famem, cui contemptus omnium otium dederit : et ego huic incunctanter assigno vocem pariter et nomen sponsæ ; nec ab ea penitus locum, qui in manibus est, censuerim alienum. Talis nempe inducitur hic loquens :

d'Époux et de lui appliquer les paroles que nous expliquons maintenant. Telle est en effet celle dont il est question ici. Car elle témoigne assez, en rappelant l'Époux, qu'elle a mérité sa présence si elle n'est pas digne encore de toute l'abondance de ses grâces. Autrement elle ne le rappellerait pas, mais elle l'appellerait; rappeler marque le retour, et peut-être ne s'est-il retiré que pour qu'elle le rappelât avec plus d'ardeur, et qu'elle l'embrassât plus étroitement. Car lorsqu'il feignait un jour de vouloir aller plus loin, il n'en avait point envie, en effet, mais il désirait s'entendre dire ces paroles : « Demandez avec nous, Seigneur, car il est tard (Luc. xxiv. 39). » Et, une autre fois, lorsqu'il marchait sur la mer et que les Apôtres naviguaient et avaient beaucoup de peine à avancer, il fit semblant de vouloir passer outre, et cependant ce n'était pas son dessein, mais il voulait seulement éprouver leur foi et se faire prier. Car comme dit l'Évangéliste : « Ils furent troublés et crièrent, croyant que ce fût un fantôme (Marc. vi. 49). » Cette pieuse dissimulation, ou plutôt cette salutaire dispensation, dont le Verbe usa d'une manière corporelle, le même Verbe, qui est Esprit, continue à y avoir encore recours d'une façon spirituelle avec l'âme qui l'aime; quand il passe outre, il veut être retenu, et quand il s'en va, il veut être rappelé, car le Verbe, qui est la parole de Dieu, n'est pas irrévocable. Il va et revient selon son bon plaisir; il visite l'âme dès le matin, comme dit le Prophète, et il l'éprouve aussitôt, en se retirant : s'il va dans l'âme, c'est un effet de sa grâce spontanée, et s'il y retourne, cela dépend absolument de sa volonté; mais il ne fait l'un et l'autre qu'avec un jugement dont il connaît seul la raison.

4. Toujours est-il, que ces vicissitudes du Verbe, qui s'en va et qui vient, se passent dans l'âme, ainsi qu'il le dit lui-même. « Je vais et je viens en vous (Joan. xiv. 20). » Et ailleurs : « Vous ne me verrez plus durant un peu de temps, et un peu après vous me verrez (Joan. xvi. 7). » O peu de temps et peu de temps ! O que ce peu de temps dure longtemps ! Mon doux Sauveur, comment pouvez-vous appeler court le temps que nous ne vous voyons pas ? Je n'ai garde d'accuser la parole de mon Seigneur, mais le temps me semble long, excessivement long ! L'un et l'autre est véritable. Il est court, si on considère nos mérites, mais il est bien long, si on regarde nos désirs. C'est dans ce sens que le Prophète dit : « S'il diffère à venir, attendez-le, car il viendra bientôt (Abac. ii. 3). » Comment ne tardera-t-il point, s'il demeure quelque temps à venir, sinon parce qu'il viendra assez tôt, selon nos mérites, mais non pas selon nos vœux ? Or, l'âme qui aime, est emportée par la ferveur de ses vœux, elle est entraînée par ses désirs, elle oublie son peu de mérite, elle n'a point d'yeux pour voir la majesté de son époux, et n'en a que pour les plaisirs dont elle souhaite jouir; ne regarde que sa grâce salutaire, et elle agit familièrement avec lui. Enfin, sans crainte et sans pudeur, elle rappelle le Verbe, et redemande avec confiance ses premières délices, elle ne le nomme pas son Seigneur, mais son bien-aimé, avec sa liberté habituelle. « Revenez, mon bien-aimé, dit-elle, et elle ajoute : Soyez semblable à la chèvre et au faon de biche sur les montagnes de Béthel » Mais nous expliquerons ces paroles plus tard.

Comment l'absence de l'Époux est et n'est pas courte en même temps.

5. Maintenant, souffrez mon indiscrétion. Je veux vous dire, parce que je vous l'ai promis, comment

8. Pour qui donc veillez-vous, ô saintes femmes, pour qui achetez-vous des parfums, pour qui préparez-vous des huiles de senteurs? Si vous saviez combien grand et combien libre entre les morts est ce mort que vous allez pour embaumer, vous lui demanderiez plutôt qu'il répandit ses parfums sur vous. N'est-ce pas lui que son Dieu a sacré d'une huile de joie, d'une manière plus excellente que tous ceux qui participent à sa gloire (*Psal. XLIV, 8*)? Vous serez bien heureuses, si en retournant, vous pouviez vous glorifier et dire : « Nous avons aussi reçu quelque chose de la plénitude (*Joan. I, 16*). » C'est, en effet, ce qui est arrivé. Car ces femmes qui étaient venues pour l'embaumer, s'en retournèrent embaumées elles-mêmes. Et comment n'auraient-elles point été embaumées par l'agréable nouvelle d'une résurrection si odoriférante? Que les pieds de ceux qui annoncent la paix, de ceux qui annoncent de bonnes nouvelles, sont beaux! Envoyées par l'ange, elles font les fonctions de prédicateurs, et devenues apôtres des apôtres mêmes, en se hâtant d'annoncer dès le matin la miséricorde du Seigneur, elles disent : « Nous courons dans l'odeur de vos parfums. » Depuis ce temps-là, c'est donc en vain qu'on cherche l'Époux dans son petit lit, parce que l'Église ne le connaît plus maintenant selon la chair, c'est-à-dire selon la faiblesse de la chair. Il est vrai que saint Pierre et saint Jean l'ont cherché depuis dans le sépulcre, mais aussi ne l'y ont-ils pas trouvé; et chacun d'eux pouvait dire alors avec raison : « J'ai cherché dans mon petit lit celui qu'aime mon âme, je l'ai cherché et je ne l'ai pas trouvé. » Car la chair du fils de Dieu, cette chair qu'il n'avait pas tirée du Père, avant d'aller au Père, s'est dépouillée de toute faiblesse par la gloire de la ré-

Ce que signifie l'Époux cherché inutilement dans son petit lit.

Les saintes femmes ont été les apôtres des apôtres.

nequaquam solatia habere infirmitatis, sed potestatis insignia.

7. Merito proinde Sponsa ponens lectulum, dicit suum : quia omne quod infirmum est Dei, non de proprio inesse ille manifestum est, sed de nostro. Ex nobis assumpsit quæ pro nobis sustinuit, nasci, lactari, mori, sepeliri. Mea est mortalitas nati, mea infirmitas parvuli, mea exspiratio crucifixi, mea sepulti dormitio. Quæ priora transierunt, et ecce nova sunt omnia. *In lectulo meo quæsi per noctes quem diligit anima mea.* Quid? In tuo quærebas, qui se jam in sua receperat? Non videras Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Jam cælum tumulo commutavit et stabulo, et tu illum in tuo adhuc lectulo quæris? Surrexit, non est hic. Quid quæris in lectulo fortem, in lectulo magnum, clarificatum in stabulo? Introivit in potentias Domini, decorem induit et fortitudinem : ecce sedet super Cherubim, qui sub lapide jacuit. Ex hoc jam non jacet, sed sedet : et tu tanquam jacenti subsidia paras? Sive, ut absolutior veritas sit, aut sedet judicans, aut stat adjuvans.

8. Sic vos, o bonæ mulieres, cuinam quæso excubias

exhibetis? cui aromata comparatis, paratis unguenta? Si sciretis quantus is sit, quamque sit inter mortuos liber mortuus iste quem ungere pergitis, vos forsitan petissetis ab eo potius ungi. Nonne iste est, quem unxit Deus suis oleo lætitiæ præ consortibus suis? Beati eritis vos, si gloriari potueritis revertentes; et dicere, quia *de plenitudine ejus et nos accepimus.* Enimvero factum est ita. Nam revera unctæ remeant, quæ uncturæ venerant. Quidni unctæ tam læto nuntio novæ odoriferæque resurrectionis? *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* Missæ ab angelo opus faciunt Evangelistæ : factæque apostolorum, dum festinant ad annuntiandum mane misericordiam Domini, dicunt : In odore unguentorum tuorum currimus. Extunc ergo et deinceps frustra in lectulo quæsitus est Sponsus : quia etsi cognoverat eum Ecclesia secundum carnem, id est secundum carnis infirmitatem, sed nunc jam non novit. Denique quæsitus est postmodum a Petro et Joanne idem tamen in sepulcro, sed minime inventus. Vide tu, utrumne apte et competenter quisque horum unctæ quæsitus : *In lectulo meo quæsi quem diligit anima mea; quæsi, et non inveni.* Nem-

surrection ; elle s'est ceinte de puissance et de majesté ; elle s'est revêtue de lumière, comme d'un riche vêtement, et s'est ornée de la gloire et de la magnificence dont il était convenable qu'elle se parât pour se présenter devant le Père.

9. Or, c'est à bon droit que l'Épouse ne dit pas : « celui que j'aime, mais, celui qu'aime mon âme, » parce que l'amour spirituel appartient véritablement et proprement à l'âme, comme, par exemple, l'amour de Dieu, d'un ange, ou d'une âme semblable à elle. Tel est encore l'amour de la justice, de la vérité, de la piété, de la sagesse, et des autres vertus. Car lorsque l'âme aime, ou plutôt désire quelque chose selon la chair, comme la nourriture, les habits, la puissance, et les autres choses corporelles et terrestres, cet amour appartient plutôt à la chair qu'à l'âme. Je fais cette réflexion pour expliquer ce que l'Épouse dit d'une façon moins ordinaire, mais non moins propre, que son âme aime l'Époux, en faisant voir par là que l'Époux est esprit et qu'elle l'aime d'un amour non pas charnel, mais spirituel. Et c'est encore fort à propos qu'elle dit qu'elle l'a cherché durant toutes les nuits. Car, si selon l'Apôtre, « ceux qui dorment, dorment la nuit, et ceux qui sont ivres, le sont la nuit (*Thess. v, 7*), » on peut dire aussi, comme je crois, que ceux qui ignorent la vérité, l'ignorent la nuit, et pourtant que ceux qui la cherchent, la cherchent la nuit. Car qui cherche ce qui paraît à découvert ? Or, le jour découvre ce que la nuit couvrait, et l'on trouve le jour ce qu'on cherchait la nuit. Il est donc nuit pour l'âme tant qu'elle cherche l'Époux, parce que s'il était jour, elle le verrait aisément et ne le chercherait pas. En voilà

assez sur ce sujet, à moins qu'on ne dise que ce nombre de nuits signifie encore quelque chose. Car l'Épouse ne dit pas qu'elle l'a cherché durant la nuit, mais durant les nuits.

10. Il me semble, si vous n'avez rien de mieux à proposer, qu'on en peut donner cette raison. Ce monde-ci a ses nuits, et elles sont nombreuses. Que dis-je ? non-seulement il a des nuits, mais il n'est presque qu'une nuit, et il est toujours plongé dans les ténèbres. La nuit, c'est la perfidie des Juifs ; la nuit, c'est l'ignorance des païens, c'est l'erreur opiniâtre des hérétiques ; la nuit, enfin, c'est la conduite charnelle et animale des catholiques. N'est-ce pas une nuit lorsqu'on ne goûte point les choses de l'esprit de Dieu ? De même, autant il y a de sectes hérétiques ou schismatiques, autant il y a de nuits. C'est en vain que dans ces nuits vous cherchez le Soleil de justice, et la lumière de la vérité qui est l'Époux, il n'y a aucune alliance entre la lumière et les ténèbres. Mais dira-t-on peut-être, l'Épouse n'est pas assez insensée, ni assez aveugle, pour chercher la lumière dans les ténèbres et son bien-aimé parmi ceux qui ne le connaissent et ne l'aiment point. Comme si l'Épouse disait qu'elle le cherche, non pas qu'elle l'a cherché. Elle ne dit pas, je cherche : mais, « j'ai cherché durant toutes les nuits celui qu'aime mon âme. » Et le sens de ces paroles est, que, lorsqu'elle était petite, elle n'avait que des sentiments et des pensées proportionnées à la faiblesse de son âge, et elle cherchait la vérité où elle n'est pas, errant de toutes parts pour la trouver, et ne la trouvant point, selon ce qui est dit dans un psaume : « J'ai erré comme une brebis perdue (*Psal. cxviii. 176*). » Aussi dit-elle qu'elle

Les nuits du monde sont nombreuses.

peitura ad Patrem caro quæ non erat ex Patre, prius per gloriam resurrectionis omne infirmum se exuit, acciuxit potentia induit lumine sicut vesti nento : in quali nimirum gloria et ornatu decuit eam paternis aspectibus presentari.

9. Pulchre vero Sponsa, non quem diligo ego, sed quem diligit anima mea, inquit : quod vere et proprie ad solam pertinent animam illa dilectio, qua aliquid spiritualiter diligit, verbi gratia, Deum, angelum, animam. Sed et diligere justitiam, veritatem, pietatem, sapientiam, virtutesque alias, ejusmodi est. Nam cum secundum carnem quippiam diligit, vel potius appetit anima, verbi gratia cibum, vestimentum, dominium, et quæ istiusmodi sunt corporalia sive terrena, carnis potius ; quam animæ amor dicendus est. Et hoc pro eo quod Sponsa minus usitate, sed non minus proprie, animam suam Sponsum diligere dicit, monstrans proinde spiritum esse Sponsum, et a se non carnali, sed spirituali amore diligi. Et bene per noctes se quæsisse eum ait. Nam si juxta Paulum, qui dormiunt, nocte dormiunt ; et qui ebrui sunt, nocte ebrui sunt : ita non absurde (ut opinor) dici potest, quod qui ignorant, nocte ignorant ; ac per hoc qui quærant, nocte quærent. Quis enim quærat, quod palam habet ? Porro dies palam facit, quod nox abscondit, ut reperias in die, quod in

nocte quæsieras. Nox est itaque donec quæritur. Sponsus : quoniam si dies esset, de medio fieret, et minime quæreretur. Et de hoc satis : nisi forte numerositas hæc noctium aliquid adhuc quærendum signet *, quia non noctem, sed noctes posuit.

* al. insinuet.

10. Et mihi videtur, si tu melius non habes, talis posse ratio reddi. Habet mundus iste noctes suas, et non paucas. Quid dico, quia noctes habet mundus, cum pene totus ipse sit nox, et totus semper versetur in tenebris ? Nox est Judaica perfidia, nox ignorantia paganorum, nox hæretica pravitas, nox etiam catholicorum carnalis, animalisve conversatio. An non nox, ubi non percipiuntur ea quæ sunt spiritus Dei ? Sed et apud hæreticos vel schismaticos quot sectæ, tot noctes. Frustra per has noctes justitiæ solem et lumen quæritis veritatis, id est Sponsum : quia nulla societas luci ad tenebras. Sed dicit aliquis, quod non sit tam stulta, tamve cæca Sponsa, ut quærat lumen in tenebris, quærat dilectum apud ignorantes, et qui non diligunt eum. Quasi vero se per noctes nunc quærerere dicat, et non potius quæsisse. Non ait, quæro ; sed, quæsi per noctes, quem diligit anima mea. Et est sensus, quia cum esset parvula, sapiebat ut parvula, et quærebat veritatem ubi non erat, errans, et non inveniens, juxta illud in psalmo : *Erravi sicut ovis quæ periit*. Denique in lec-

L'amour de l'Époux est spirituel, non charnel.

était alors dans son petit lit, c'est-à-dire fort peu avancée en âge et faible d'intelligence.

11. Mais si on accepte ce sens, il faut expliquer ces paroles : « Dans mon petit lit, en sous entendant le mot *couchée* ou *étant*; et traduire ainsi : « j'ai cherché dans mon petit lit, celui qu'aime mon âme. » Je ne l'ai pas cherché dans mon petit lit, mais c'est, étant dans mon petit lit que je l'ai cherché. C'est-à-dire : lorsque j'étais encore faible et infirme, incapable de suivre l'Époux partout où il allait, de le suivre dans les chemins rudes et escarpés où il montait, j'ai rencontré plusieurs personnes qui, connaissant mon désir, me disaient : « le Christ est ici, le Christ est là (*Marc. xiii, 24*), » et il n'était ni là, ni ici. Néanmoins je ne suis pas fâchée de les avoir rencontrées. Car plus je me suis approchée d'elles, et plus je les ai examinées de près, plus j'ai reconnu avec certitude que la vérité n'était point parmi elles. Car je l'ai cherchée et ne l'ai point trouvée, et j'ai expérimenté que ce qu'elles appelaient jour, était une véritable nuit.

12. Alors j'ai dit en moi-même : « Il faut que je me lève et que je fasse le tour de la ville; il faut que je cherche par les rues et par les places publiques celui qu'aime mon âme (*Cant. iii, 2*). » Voyez-vous maintenant qu'elle était couchée, puisqu'elle dit qu'elle se relèvera ? et certes elle avait bien raison de le dire, car comment ne se lèverait-elle point après avoir appris la résurrection de son bien-aimé ? Mais, ô bienheureuse Épouse, si vous êtes ressuscitée avec Jésus-Christ, il faut que vous goûtiez les choses du ciel, et que vous ne cherchiez pas Jésus-Christ ici-bas, mais là-haut, où il est assis à la droite du Père (*Coloss. iii, 1*). « Je ferai le tour de

la ville. » Dites-nous pourquoi cela ? Ce sont les impies qui marchent en tournant. Laissez cela aux Juifs, dont un de leurs prophètes a prédit « qu'ils enrageront de faim comme des chiens, et qu'ils tourneront dans toute la ville (*Psal. lvm, 7*). » Si vous entrez dans la ville, dit un autre prophète, vous les trouverez exténués de faim (*Jer. xiv, 18*); ce qui, sans doute, n'arriverait pas si elle avait été bien pourvue du pain de vie. Il s'est levé des entrailles de la terre, mais il n'est point demeuré sur la terre. Il est monté ou il était avant de venir au monde. Car celui qui est descendu est celui-là même qui est monté, le pain vivant qui est descendu du ciel, l'Époux de l'Église, Jésus-Christ Notre-Seigneur, qui étant Dieu, et élevé par dessus tout, est béni dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

SERMON LXXVI.

Clarté de l'Époux; c'est dans cette clarté qu'il est assis égal à son père et à la droite de sa gloire. Les bons pasteurs doivent être attentifs, vigilants et discrets, en faisant paître les brebis qui leur sont confiées.

1. « Je chercherai par les rues et par les places publiques celui qu'aime mon âme (*Cant. iii, 2*). » Elle n'a encore que le sentiments d'une petite enfant. Je pense qu'elle a cru qu'aussitôt qu'il est sorti du tombeau, il s'est produit en public pour instruire les peuples selon la coutume, pour guérir les malades, pour manifester sa gloire dans Israël, afin de voir s'ils le recevraient ressuscité, après avoir promis de le recevoir s'il descendait de la croix.

tulo se memorat tunc adhuc esse, tanquam ætate imbecillem ac parvulam sensu.

11. Si tamen ita construas, *In lectulo meo*, subaudis, existens vel jacens, *quæsi vi quem diligit anima mea*; non quæsi vi in lectulo, sed ens * in lectulo quæsi vi : hoc est, Cum adhuc infirma et invalida forem, et omnino minus idonea sequi Sponsum quocumque iret, sequi ad ardua et excelsa sublimitatis illius; incidi in multos, qui cognoscentes desiderium meum, dicebant mihi : *Ecce hic est Christus, ecce illic est* : et neque hic, neque illic erat. Incidi autem, et non ad insipientiam mihi. Nam quo proprius accessi, et exploravi diligentius, eo citius certiusque cognovi, veritatem apud eos minime esse. Quæsi vi enim, et non inveni : et deprehendi noctes, qui se dies mentiebantur.

12. Et dixi : *Surgam, et circuibo civitatem* : per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea. Intuere vel nunc, quia jacet quæ dicit, *Surgam*. Pulchre omnino. Quidni surgeret, cognito de resurrectione dilecti ? Cæterum, o beata, si consurrexisti cum Christo, quæ sursum sunt sapias oportet; neque deorsum, sed sursum quæras Christum necesse est, ubi sedet in dextera Patris. Sed *circuibo* ais, *civitatem*. Ad quid ? In circuitu impii ambulat. Judæis istud relinquo, quibus proprius eorum Propheta hoc vaticinatus est, quia *fa-*

mem patientur ut canes, et circuibunt civitatem. Et si introieris in civitatem, secundum Prophetam alium, *ecce attenuati fame* : quod utique non esset, si in ea fuisset panis vitæ. Surrexit de corde terræ, sed super terram non remansit. Ascendit autem ubi erat prius. Nam qui descendit, ipse est et qui ascendit, panis vivus qui de cælo descendit, idem ipse sponsus Ecclesiæ Jesus-Christus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO LXXVI.

De claritate Sponsi, in qua coæqualis Patri sedet a dextris gloriæ ejus : et qualiter boni pastores debent esse solliciti vigiles et discreti circa pascendas animas sibi commissas.

1, *Per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea*. Adhuc ut parvula sapit. Puto arbitrata est, egressum de tumulo publicum mox petiisse, ut solito doceret populos, ac sanaret infirmos, et ut manifestaret gloriam suam in Israël, si forte reciperent resurgentem de morte qui se recepturos promittebant descendente de cruce. Verum ille perfecerat opus, quod sibi dederat Pater ut faceret, quod sane ista intellexisse debuerat vel ex

* sic mss. non sedens,

Pourquoi
le Christ est
monté

Mais il avait achevé l'œuvre que son Père lui avait ordonné de faire, ce qu'elle aurait dû comprendre au moins à cette parole qu'il dit avec tant de force lorsqu'il fut près d'expirer : « Tout est consommé (Joan. xix, 10). » Il n'avait plus besoin de se montrer de nouveau parmi le peuple, puisque peut-être il n'eût pas cru d'avantage en lui. Et il se hâta d'aller à son Père qui lui disait : « Asseyez-vous à ma droite, jusqu'à ce que j'aie réduit vos ennemis à être l'escabeau de vos pieds (Psal. cv, 1). » Car lorsqu'il sera élevé de la terre, il tirera toutes choses à lui avec plus de force et de puissance. Mais l'Épouse croit qu'il faut le chercher par les rues et les places publiques, parce qu'elle désire ardemment jouir de sa présence, et ne sait pas ce mystère ; c'est pourquoi se voyant encore frustrée de son espérance, elle dit encore, « je l'ai cherché, et ne l'ai point trouvé (Cant. iii, 2), » afin que ce qu'il a dit soit accompli : « Je vais à mon Père et vous ne me verrez plus (Joan. xiii, 16). »

2. Mais peut-être, dit-elle : Comment donc croiront-ils en celui qu'ils n'ont point vu ? Comme si la foi venait de la vue, non pas de l'ouïe. Quelle merveille y a-t-il à croire ce qu'on voit, et quelle louange mérite-t-on d'ajouter foi à ses yeux ? Mais lorsque nous espérons ce que nous ne voyons pas, nous l'attendons avec patience, et cette patience est un mérite. Bienheureux sont ceux qui n'ont point vu, et n'ont point laissé de croire (Joan. xx, 29). C'est donc afin qu'elle ne perde point le mérite de la foi, et pour donner lieu à la vertu, qu'il se soustrait à ses yeux ; d'ailleurs il est temps qu'il se retire chez lui. Si vous me demandez où il se retire, je vous dirai c'est à la droite du Père. Car il ne croit pas faire un larcin en se rendant égal à Dieu (Phi-

lip. ii, 6). Que la place du Fils unique soit donc un lieu inaccessible à toutes sortes d'outrages. Qu'il s'asseye, non au dessous, mais à côté du Père, afin que tous glorifient le Fils comme le Père. C'est en cela que paraîtra l'égalité de sa puissance et de sa majesté s'il n'est ni inférieur ni postérieur au Père. Mais l'Épouse ne considère aucune de ces choses. Enivrée d'amour, elle court ça et là, et cherche des yeux celui qui n'est plus visible aux yeux, mais à la foi. Car elle ne croit pas que Jésus-Christ doive entrer dans sa gloire, si auparavant la gloire de la résurrection n'est rendue publique, l'impiété confondue, si les fidèles ne se réjouissent, les disciples ne se glorifient, les peuples ne se convertissent, et enfin si tout le monde ne le glorifie, après que sa présence et sa résurrection auront convaincu tous les hommes de la vérité de ses prédictions. Vous vous trompez, ô Épouse, ces choses doivent arriver, en effet, mais en leur temps.

3. Mais maintenant, voyez s'il n'est pas plus digne de la majesté de Dieu, et plus conforme à sa justice, de ne pas donner le saint aux chiens, et les perles aux pourceaux ; d'ôter l'impie, comme dit l'Écriture, de peur qu'il ne voie la gloire de Dieu (Isa. xxvi, 10), de ne pas priver la foi de son mérite, parce qu'elle est plus éprouvée lorsqu'on croit ce qu'on ne voit point, de réserver en elle, pour ceux qui en sont dignes, ce qui est caché à ceux qui sont indignes, afin que ceux qui sont souillés de crimes le soient encore plus, et que ceux qui sont justes deviennent encore plus justes, s'ils ne s'endorment d'ennui. Que les cieux, et les cieux des cieux, sèchent de déplaisir, et soient confondus dans leur attente, plutôt que le Père tout-puissant

Ce qu'il faut
entendre par
ces mots :
Il est assis à
la droite
du Père.

L'ascension
du Christ
ne devait pas
être différée.

voce pendentis, illa scilicet, qua illico expiraturus ait : *Consummatum est*. Non erat jam quod se denuo crederet turbis, quæ nec sic forsitan erant in eum credituræ. Et festinabat ad Patrem, qui sibi diceret : *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Fortius nempe atque divinius, cum exaltatus fuerit a terra, omnia trahet ad seipsum. Hæc autem per vicis et plateas quærendum putavit, fruendi avida, sed ignara mysterii. Iterum ergo frustrata repetit dicens, *Quæsiivi illum, et non inveni* ; ut sermo impleretur quem dixit : *Quia vado ad Patrem, et jam non videbitis me*.

2. Dicat forsitan ista : Quomodo ergo credent in eum, quem non videbunt ? Quasi fides ex visu sit, et non potius ex auditu. Quid magni est credere quod videris, et tuis non negare oculis fidem qui laudis meretur ? Sed si quod non videmus speramus, per patientiam expectamus ; et patientia meritum est. *Beati*, denique qui non viderunt, et crediderunt. Proinde ut non evacuetur meritum fidei, subducatur se visui, dans virtuti locum. Etiam et tempus est ut jam in suum sese recipiat. Quæris, in quem suum ? In dexteram patris. Neque enim rapinam arbitrabitur esse se æqualem Deo, cum sit in forma Dei. Ergo is sit Unigeniti locus, in quo omnis ejus injuria propulsata videatur. Sedeat sane juxta, non

infra, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. In hoc apparebit majestatis æqualitas, si nec inferiorem Patre, nec posteriorem suspexeris. At ista interim nihil horum advertit : sed quasi ebria præ amore hac illaque discurrens, quærit oculis, quem jam oculus non contingit, sed fides. Non enim existimat Christum aliter oportere intrare in gloriam suam, nisi prius resurrectionis gloria palam mundo innotescere confutetur impietas, exsultent fideles, gloriantur discipuli, populi convertantur, demumque ab universis glorificetur ipse, cum ex præsentia resurgentis cunctis claruerit veritas prædicentis. Falleris, o Sponsa. Oportet quidem hæc fieri, sed in tempore.

3. Nunc vero interim vide, ne forte id dignum magis et supernæ consentaneum justitiæ sit, si non detur sanctum canibus, et margaritæ porcis : si potius, secundum Scripturam, tollatur impius, ne videatur gloria Dei ; si non fraudetur fides merito, quæ tunc sane probator esse dignoscitur, cum creditur quod non videtur : si penes ipsam servetur dignis, quod occultatur indignis ; ut qui in sordibus sunt sordescant adhuc, et justis justificentur magis, si non dormitent præ tædio. Cæli et cæli cælorum tabescant et confundantur ab expectatione sua, si non ipse Pater omnipotens diutius jam frustretur a desiderio cordis sui : si non demum Unigenitus ultra

La vision
détruit-elle
le mérite de
la foi ?

soit frustré plus longtemps du désir de son cœur, plutôt que le Fils unique diffère d'avantage d'entrer dans sa gloire, ce qui serait souverainement indigne. Qu'est-ce que toute la gloire des mortels, quelque grande qu'elle puisse être, pour être capable de le retenir tant soit peu et l'empêcher d'aller jouir de celle que son Père leur prépare de toute éternité? Ajoutez à cela, qu'il n'est pas raisonnable, que la demande du Fils tarde plus longtemps à être exaucée: « Mon Père, glorifiez votre Fils (Joan. xvii. 1). » Ce qu'il ne demande pas, à ce que je crois, comme suppliant, mais comme sachant ce qui doit arriver. Il demande librement, ce qu'il est en son pouvoir de recevoir. Cette demande du Fils, n'est donc pas un effet de nécessité, mais de dispensation, parcequ'il donne avec le Père tout ce qu'il a reçu du Père.

4. Il faut aujourd'hui remarquer que, non-seulement, le Père glorifie le Fils, mais que le Fils aussi glorifie de Père, afin que personne ne dise que le Fils est moindre que le Père, parcequ'il reçoit la gloire de son Père puisque lui-même glorifie son Père. Car il dit lui-même: « Mon Père glorifiez notre Fils, afin que notre Fils vous glorifie (Ibid). » Mais peut-être croirez-vous que Fils est moindre que le Père, parce qu'il semble que, n'ayant point de gloire de lui-même, il en reçoive du Père, pour la lui rendre ensuite. Ecoutez, il n'en est pas ainsi: « Glorifiez-moi, dit-il, de la gloire que j'ai eue en vous, avant que le monde fût créé. » Si donc la gloire du Fils n'est pas postérieure à celle du Père, puisqu'il la possède de toute éternité, il est visible que le Père et le Fils se glorifient également. Cela étant, où est la pri-

mauté du Père? Évidemment, il y a égalité là où il y a coéternité; mais une égalité si grande que la gloire de tous deux n'est qu'une même gloire, comme ils ne sont tous deux qu'une même chose; c'est pourquoi lorsqu'il dit encore: « Mon Père, glorifiez notre nom (Joan. xii. 28) », il me semble qu'il ne demande autre chose, sinon qu'il le glorifie lui-même, parce que c'est en lui, et par lui, que le nom du Père est glorifié. Aussi le Père lui répondit-il « Je l'ai glorifié et le glorifierai encore de nouveau (Ibid. xvi). » Réponse qui ne fut pas une petite glorification du Fils. Mais il fut glorifié d'une manière bien plus grande et plus auguste au fleuve du Jourdain, par le témoignage de saint Jean, par la colombe qui apparut sur lui, et par cette voix qu'on entendit: « Voici mon Fils (Matt. iii. 14). » De même sur le mont Thabor, devant les trois disciples, il fut glorifié d'une façon très magnifique, tant par la même voix qu'on entendit encore du ciel, que par cette merveilleuse et excellente transfiguration de son corps, et même pour l'attestation de deux prophètes, que les apôtres virent s'entretenir avec lui.

5. Ce qui reste donc, c'est que, selon la promesse du Père, il soit encore glorifié une fois, et ce sera le comble et la plénitude de sa gloire, à laquelle on ne pourra plus rien ajouter. Mais, où cette gloire lui sera-t-elle donnée. Ce ne sera pas, comme pensait l'Épouse, dans les places publiques, ou dans les rues d'une ville « Vos places, Jérusalem, sont pavées d'or pur, et l'on chantera des chants de joie par toutes vos rues (Tob. xiii. 22). » Car, c'est dans ces places que le Fils a reçu du Père une gloire si grande, qu'on n'en pourra point trouver de pa-

Sur le mont
Thabor.

La plus
grande est
dans
les cieus.

ab introitu gloriæ suæ (quod vel solum indignissimum est) aliquatenus retardetur. Quanti putas æstimanda sit gloria quantumque mortalium, ut ab ea, quæ a Patre suo ab æterno parata est, debeat eum vel ad modicum retinere? Adde quod nulla ratione in longius protrahi decet ipsius Filii petitionem. Quam dicam petitionem queris? Nempe illam, qua dicit: *Pater, clarifica Filium tuum*. Quod tamen eum petiisse senserim, non ut supplicem, sed ut præscium. Libere petitur, quod in potestate petentis accipere est. Ergo dispensatoria est Filii petitio, non necessaria: quippe donantis cum Patre, quidquid a Patre acceperit.

4. Ubi et hoc dicendum, quia non solum Pater clarificat Filium, sed et Filius clarificat Patrem: ne quis dicat Filium minorem Patre, quasi qui a Patre clarificetur, cum et ipse clarificet Patrem, dicente Filio: *Pater, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*. Sed forte adhuc summittendum putas Filium, quod quasi inglorius videatur a Patre recipere claritatem, quam denuo Patri refundat. Audi quia non est ita. *Clarifica me*, inquit, *Pater, claritate quam habui, priusquam mundus fieret, apud te*. Si ergo claritas Filii posterior non est, utpote quæ ab æterno est: ex æquo se clarificant Pater et Filius. Et si ita est, ubi Patris primatus? Æqualitas profecto est, ubi coæternitas est. Et

usque adeo æqualitas, ut una sit claritas amborum, sicut ipsi unum sunt. Unde mihi videtur dicendo rursum, *Pater, clarifica nomen tuum*, non sane aliud petere, quam se clarificari, in quo, et per quem nomen Patris procul dubio clarificaretur. Et responsum accepit a Patre: *Et clarificavi, et iterum clarificabo*. Quæ quidem ipsa Patris responsio non parva Filii glorificatio fuit. Cæterum abundantius ad fluentia Jordanis, augustiusque clarificatus dignoscitur, et Joannis testimonio, et columbæ designatione, et voce Patris dicentis: *Hic est Filius meus dilectus*. Sed et in monte coram tribus discipulis nihilominus magnificentissime clarificatus est, tum voce eadem denuo ad se cœlitus delapsa, tum mira illa eximiaque transfiguratione corporis sui, tum etiam prophetarum attestatione duorum, qui ibidem apparuerunt cum eo loquentes.

5. Superest ergo ut juxta promissum Patris semel adhuc clarificetur, eaque erit plenitudo gloriæ, cui non queat amplius addi. Sed ubi illa dabitur benedictio? Non enim, ut ista suspicata est, in plateis vel vicis, nisi forte in illis, de quibus dicitur: *Plateæ tuæ, Jérusalem, sternentur auro mundo, et per omnes vicos tuos alleluia cantabitur*. In his revera illam recepit a Patre Filius claritatem, cui non poterit similis inveniri, ne in cœlestibus quidem. Cui enim aliquando angelorum dictum

reille, même parmi les esprits célestes. Car à qui, parmi les anges, a-t-on dit : « Asseyez-vous à ma droite (*Heb. I. 13*). » Non-seulement, il ne s'est point trouvé d'anges, mais il ne s'est pas même trouvé d'archanges, ni d'autre ordre encore plus élevé qui ait été digne de recevoir une gloire si excellente. Cette parole glorieuse n'a été adressée à aucun d'eux, et pas un n'en a éprouvé l'effet. Les Trônes, les Dominations, les Principautés, les Puissances, désirent bien sans doute le contempler, mais n'oseraient se comparer à lui. C'est donc à mon Seigneur seulement que le Seigneur a dit et accordé de s'asseoir à la droite de sa gloire, comme lui étant égal en gloire, consubstantiel en essence, semblable par sa génération, pareil en majesté, en éternité. C'est là, oui, c'est là que celui qui le cherchera le trouvera, et ce sera sa gloire ; non une gloire comme celle des autres, mais un gloire digne du Fils unique du Père, (*Joan. I. 14*). »

6. Que ferez-vous ô l'Épouse ? Croyez-vous le pouvoir suivre jusque-là. Osez-vous, où pouvez-vous entrer dans un secret si saint, et dans un sanctuaire si secret, pour contempler le Fils dans le Père, et le Père dans le Fils ? Non certes. Vous ne pouvez pas aller maintenant où il est, mais, vous y viendrez un jour. Ne perdez pas courage, néanmoins, suivez-le, et que ses clartés et ses grandeurs inaccessibles ne vous détournent point de cette recherche, et ne vous fassent point désespérer de le trouver. Si vous pouvez croire, tout est possible à celui qui croit (*Matt. IX. 12*). « Le Verbe, est proche de vous, il est dans votre bouche, il est dans votre cœur (*Rom. X. 8*). » Croyez, et vous l'avez trouvé. Les fidèles savent que Jésus-Christ ha-

bite dans leurs cœurs par la foi. Qu'y a-t-il de plus proche ? Cherchez donc avec confiance, cherchez avec zèle : « Le Seigneur est bon à l'âme qui le cherche (*Thren. III. 25*). » Cherchez-le par vos désirs, suivez-le par vos actions, trouvez le par la foi. Qu'est-ce que la foi ne trouve point ? Elle atteint tout ce qui est inaccessible, elle découvre ce qui est caché, elle comprend l'immensité, elle s'étend jusqu'aux choses les plus reculées, et enfin, elle enferme comme dans son sein l'éternité même. Je dirai hardiment : je ne comprends pas la trinité bienheureuse et éternelle, mais la croyant, je la comprends, en quelque sorte, par la foi.

7. Mais on dira : Comment croira-t-elle, si on ne l'instruit ? Car la foi entre en nous par l'ouïe (*Rom. X. 17*). Dieu y pourvoira. Et, voici déjà des personnes qui se présentent, pour informer cette nouvelle Épouse qui doit être unie à l'Époux céleste des choses qu'elle doit savoir, pour lui enseigner ce qui regarde la foi, ce qui concerne la piété et la religion. Car, écoutez ce qu'elle ajoute : « Les sentinelles qui gardent la ville m'ont trouvée (*Cant. III. 3*). » Qui sont ces sentinelles ? Ce sont ceux que le Sauveur, dans l'Évangile, appelle bienheureux, s'il les trouve vigilants lorsqu'il viendra (*Luc. XII. 37*). » Combien sont bonnes les sentinelles qui veillent, lorsque nous dormons, comme devant rendre compte de nos âmes. Quelle n'est pas la bonté de ces gardiens, dont l'esprit veille toujours, et qui, passant la nuit en oraison, reconnaissent adroitement les embûches des ennemis, préviennent leurs mauvais desseins, découvrent leurs filets, éludent leurs artifices, éventent leurs stratagèmes. Ce sont les amateurs de leurs frères

Les sentinelles et les gardes ce sont les pasteurs des âmes.

est, *sede a dextris meis* ? Non modo autem de numero angelorum, sed nec de superioribus quidem reliquis beatorum ordinibus omnino quis repertus idoneus est ad capessendam superexcellentem hanc gloriam. Ad neminem prorsus illorum facta est vox illa gloriæ singularis, nemini vocis in se efficientiam experiri datum. Sive Throni, sive Dominations, sive Principatus, sive Potestates, profecto desiderant in eum prospicere, non se illi comparare præsumunt. Igitur Domino meo singulariter a Domino et dictum, et datum est, sedere a dextris gloriæ ipsius, utpote in gloria cœquali, in essentia consubstantiali, pro generatione consimili, majestate non dispari, æternitate non posteriori. Ibi, ibi illum qui quæret inveniet, et videbit gloriam ejus : non gloriam quasi unius cæterorum, sed plane *gloriam quasi Unigeniti a Patre*.

6. Quid facies, o Sponsa ? Putas potes sequi eum illuc ? Aut te ingerere audes vel vales huic tam sancto arcano, tamque arcano sanctuario, ut Filium in Patre, et Patrem intuearis in Filio ? Non utique. Ubi est ille, tu non potes venire modo, venies autem postea. Age tamen, sequere, quære ; nec te inaccessibleis illa claritas vel sublimitas a quærendo deterreat, ab inveniendo desperare faciat. *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Prope est, inquit, verbum in ore tuo, et in corde*

tuo. Crede, et invenisti. Nam credere invenisse est. Nonrunt fideles inhabitare Christum per fidem in cordibus suis. Quid propius est ? Quære ergo segura, quære devota. Bonus est Dominus animæ quærenti se. Quære votis, sequere actibus, fide inveni. Quid non inveniat Fides ? Attingit inaccessa, deprehendit ignota, comprehendit immensa, apprehendit novissima, ipsam denique æternitatem suo illo vastissimo sinu quodam modo circumcludit. Fidenter dixerim, æternam beatamque Trinitatem, quam non intelligo, credo ; et fide teneo, quam non capio mente.

7. Sed dicit aliquis. Quomodo credet sine prædicante, cum fides ex auditu sit, auditus per verbum prædicationis ? Deus hoc providebit. Et ecce jam præsto sunt qui novam sponsam, cœlesti nupturam sponso, de quibus oportet, instruant et informant, fidem doceant, formam pietatis ac religionis tradant. Audi namque quid adjiciat. *Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem*. Qui enim vigiles hi ? Nempe illi, quos Salvator in Evangelio beatos pronuntiat, si, cum venerit, invenerit vigilantes. Quam boni vigiles, qui nobis dormientibus ipsi pervigilant, quasi rationem reddituri pro animabus nostris ! Quam boni custodes, qui vigilantes animo, atque in orationibus pernoctantes, hostium insidias sagaciter explorant, anticipant concilia malignantium, deprehendant

Il n'y a que le Christ qui soit assis à la droite du Père.

Où et comment il faut chercher le Bien-aimé.

et du peuple fidèle, ceux qui prient beaucoup pour le peuple et pour toute la sainte cité. Ce sont ceux qui, prenant grand soin des troupeaux que le Seigneur leur a confiés, offrent dès le matin, des sacrifices au Seigneur, qui les a créés, et le prient en la présence du Très-Haut. Ils veillent et ils prient, sachant combien ils sont peu capables d'eux-mêmes de garder la cité, et, comme dit le Prophète, « que c'est en vain qu'on garde une ville, si Dieu ne la garde lui-même (*Psal. c. vi. 1.*) »

8. En effet, puisque le Seigneur commande de veiller et de prier, de peur qu'on n'entre en tentation, il est visible que sans ce double exercice, et cette double application de gardiens fidèles, la ville ne peut pas être en sûreté, non plus que l'Épouse et les brebis. Demandez-vous quelle différence il y a entre les brebis, l'Épouse, et la cité? Ce n'est qu'une même chose. C'est une cité parce que c'est l'assemblée des fidèles, une Épouse à cause de l'amour, des brebis à cause de la douceur. Voulez-vous que je vous fasse voir que l'Épouse est la même chose que la cité : « J'ai vu, est-il dit, la cité sainte, la nouvelle Jérusalem descendant du ciel, que Dieu avait parée comme une épouse ornée pour son époux (*Apoc. xi, 2.*) » Vous reconnaîtrez qu'il en est de même des brebis, si vous vous souvenez combien le Sauveur recommanda l'amour au premier pasteur, je veux dire à saint Pierre, lorsqu'il lui confia ses brebis pour la première fois. Ce que ce maître si sage n'aurait pas fait avec tant de soin, s'il n'eût senti qu'il était époux, comme sa conscience lui en rendait témoignage au fond de son cœur. Écoutez ceci, amis de l'époux, si toutefois vous êtes ses amis. Mais j'ai trop peu dit en vous

appelant simplement amis. Il faut que ceux qu'il daigne honorer du privilège d'une si grande familiarité soient ses amis au superlatif. Ce n'est pas en vain que, confiant le soin de ses brebis à saint Pierre, il lui dit trois fois : « M'aimez-vous (*Joan. xxi, 15*)? » Et je crois qu'il lui a voulu dire en substance : si votre conscience ne vous rend témoignage que vous m'aimez, et que vous m'aimez beaucoup, parfaitement, c'est-à-dire plus que vos propres intérêts, plus que vos parents, et plus que vous-même, afin d'accomplir le nombre de cette triple répétition, ne vous chargez point de ce soin, et n'entreprenez point de gouverner mes brebis pour lesquelles j'ai répandu tout mon sang. Parole terrible et capable d'émouvoir les cœurs les plus endurcis de ceux qui exercent une domination tyrannique.

9. C'est pourquoi qui que vous soyez, qui avez été appelé à ce ministère, veillez exactement sur vous-même et sur le précieux dépôt qui vous a été confié. C'est une ville, veillez pour la garder et la maintenir en paix. C'est une épouse, ayez soin de l'orner; ce sont des brebis prenez garde à les bien nourrir. Et peut-être n'est-ce pas s'écarter du sens que de rapporter ces trois choses à cette triple interrogation que Jésus-Christ fit à saint Pierre. Pour bien garder la ville, il faut la défendre de trois maux, de la violence des tyrans, des ruses des hérétiques, et des tentations des démons. L'ornement de l'Épouse doit consister dans les bonnes œuvres, dans les bonnes mœurs, et dans une conduite prudente et légitime. La nourriture des brebis doit se puiser ordinairement dans les pâturages excellents de l'Écriture sainte, comme dans l'héritage du Seigneur, mais il y faut apporter quelque discernement.

Quand tous les autres dorment ils montent la garde.

Les fidèles c'est la cité; l'Épouse, les brebis.

Ce qu'on exige avant tout d'un pasteur c'est l'amour.

Belle exhortation aux pasteurs.

Ils doivent garder leurs ouailles.

Les orner et les nourrir.

laqueos, eludunt tendiculas, retiacula dissipant, machinamenta frustrantur! Hi sunt fratrum amatores et populi Christiani, qui multum orant pro populo et universa sancta civitate. Hi sunt, qui multum solliciti pro sibi commissis dominicis ovibus, cor suum tradunt ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illos, et in conspectu Altissimi deprecantur. Et vigilant, et deprecantur, scientes suam insufficientiam in custodienda civitate, et quia nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.

8. Porro cum Dominus ita præcipiat, *vigilate, et orate ne intretis in tentationem*; liquet quod absque duplici hoc exercitio fidelium, studioque custodum, non potest esse secunda civitas, non Sponsa, non oves. Horum differentiam quaeris? Unum sunt. Civitas propter collectionem, Sponsa propter dilectionem, oves propter mansuetudinem. Vis scire hoc Sponsam, quod civitatem esse? *Vidi, inquit, civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de caelo a Deo, paratam tanquam sponsam, ornata viro suo.* Idem tibi hoc et de ovibus liquido apparebit, si recorderis, primus ille custos (*Petrum loquor*) cum sibi primo oves committerentur, quam attente simul de amore commonitus sit. Quod utique tanta cura sapiens creditor non fecisset, nisi se sentiret sponsum, id sibi utique ex intimo respondente conscien-

tia. Audite hæc, amici Sponsi, si tamen amici. At parum dixi, amici : amicissimi sint oportet, qui privilegio tantæ familiaritatis donantur. Non otiose toties repetitum est, *Petre amas me*, in commissione ovium. Etego quidem id significatum perinde puto, ac si illi dixisset *Jesus* : nisi testimonium tibi perhibente conscientia quod me ames, et valde perfecteque ames, hoc est plus quam tua, plus quam tuos, plus quam etiam te, ut hujus repetitionis meæ numerus impleatur; nequaquam suscipias curam hanc, nec te intromittas de ovibus meis, pro quibus sanguis utique meus effusus est. Terribilis sermo, et qui possit etiam impavida quorumvis tyrannorum corda concutere.

9. Propterea attendite vobis, quicumque opus ministerii hujus sortiti estis; attendite, inquam, vobis, et pretioso deposito, quod vobis creditum est. Civitas est : vigilate ad custodiam, concordiamque. Sponsa est : studete ornataui. Oves sunt : intendite pastui. Et hæc tria ad illam Domini trinam sciscitationem forte non incongrue pertinere dicentur. Porro custodia civitatis ut sit sufficiens, trifaria erit, a vi tyrannorum, a fraude hæreticorum, a tentationibus dæmonum, Sponsæ vero ornatus in bonis operibus, et moribus, et ordinibus. At pastus ovium communiter quidem in pascuis Scripturarum, tanquam in hæreditate Domini : sed est distinctio in illis. Nam

Qualités
requisies en
un pasteur.La garde
exige trois
choses.L'ornement
en exige
deux.Il y a trois
pâturages
différents.Les bons
pasteurs
enseignent
par les bons
exemples
qu'ils
donnent.

Car il y des commandements qui sont imposés aux esprits durs et charnels, par une loi de vie qui est inviolable. Il y a des dispenses qui sont données par miséricorde aux personnes infirmes et faibles. Et il y a des conseils forts et solides, qui sont proposés par une sagesse profonde à ceux qui sont sains et exercés à discerner le bien d'avec le mal. Car à ceux qui sont dans l'enfance on ne donne comme à des enfants que le lait des exhortations, non des viandes solides. Il faut ajouter à cela que les bons et fidèles pasteurs ne cessent point d'engraisser leur troupeau par des exemples salutaires et agréables, et plutôt par les leurs que par ceux des autres. Car s'ils le font plutôt par ceux d'autrui que par les leurs propres, cela tourne à leur confusion, et il s'en faut bien que le troupeau profite autant. Par exemple, si moi, qui à votre égard semble tenir la place de pasteur, je vous parle de la douceur de Moïse, de la patience de Job, de la miséricorde de Samuel, de la sainteté de David, et d'autres exemples semblables de vertus, et que je sois sévère et impatient, sans miséricorde et sans piété, vous goûterez moins sans doute ce que je vous dirai, et m'écouteriez avec moins d'ardeur. Or, j'appréhende bien que cela ne soit ainsi à mon égard. Mais je laisse à la divine bonté à suppléer ce qui vous manque de notre part et à corriger ce qui est défectueux en nous. Le bon pasteur aura soin aussi d'avoir en lui ce sel dont il est parlé dans l'Évangile (*Marc. ix, 49*), sachant qu'un discours assaisonné de ce sel est aussi agréable que salutaire. Voilà ce que j'avais à dire touchant le garde de la cité, l'ornement de l'Épouse et la nourriture des brebis.

10. Je veux néanmoins encore expliquer cela plus en détail pour ceux qui briguant les honneurs avec une avidité excessive, s'engagent témérairement à porter des fardeaux qui sont au delà de leurs forces, et s'exposent à de très-grands périls, afin qu'ils sachent pourquoi ils y sont entrés, selon cette parole de l'Écriture : « Mon âme, pourquoi êtes-vous venue ici. » Car pour garder seulement la cité comme il faut, il faut un homme fort, spirituel, et fidèle. Fort, pour repousser les insultes de l'ennemi, spirituel, pour découvrir ses embûches, et fidèle, pour ne pas chercher ses propres intérêts. D'ailleurs, pour régler et corriger les mœurs, ce qui regarde l'ornement de l'Épouse, il n'y a personne qui ne voie qu'une ceinture exacte de la discipline y est absolument nécessaire? C'est pourquoi quiconque est engagé dans ce ministère doit être enflammé de ce zèle dont était embrasé cet homme si jaloux de la gloire de l'Épouse du Seigneur, lorsqu'il disait : « J'ai pour vous une sainte jalousie. Car je vous ai fiancés à Jésus-Christ, afin que vous vous conserviez purs pour lui seul (*1 Cor. xi, 2*). » De plus, comment un pasteur ignorant pourrait-il conduire les troupeaux du Seigneur dans les pâturages des Écritures divines? Mais quand il serait savant, s'il n'est homme de bien, n'y a-t-il pas sujet de craindre qu'il ne nourrisse pas tant son troupeau par l'abondance de sa doctrine, qu'il ne lui nuise par la stérilité de ses vertus? Sans la science donc et la bonne vie, c'est témérairement qu'on s'ingère dans cet emploi. Mais je suis obligé de finir, quoique néanmoins je n'aie pas achevé tout ce que j'ai à dire sur ce sujet. Nous sommes appelés à une autre ma-

sunt mandata, quæ duris atque carnalibus animis imponuntur ex lege vitæ et disciplinæ : et sunt olera dispensationum, quæ infirmis et pusillis corde de respectu misericordiæ apponuntur : et sunt conciliorum solida fortiaque, quæ ex intimis sapientiæ proponuntur sanis, et qui exercitatos habent, seusus ad discretionem boni et mali. Parvulus namque, tanquam agniculis, adhortationis lac potus datur, non esca. Ad hæc boni sollicitique pastores impinguare pecus non cessant bonis lætis-que exemplis, et suis magis, quam alienis. Nam si alienis et non suis; ignominia est illis, et pecus ita non proficit. Si enim, verbi causa, ego qui videor inter vos pastoris gerere curam, vobis apposuero Moysi mansuetudinem, patientiam Job, misericordiam Samuelis, David sanctitatem, et si qua sunt ejusmodi exempla honorum, immitis ipse et impatiens, atque immiscricors et minime sanctus : sermo (ut vereor) minus sapide eveniet, et vos minus avidè capietis. Verum hoc supernæ pietati relinquo, ut quod minus vobis ex nobis est, ista suppleat; et quod perperam, ipsa corrigat. Nunc vero bonus pastor hoc quoque curabit, ut secundum Evangelium inveniat sal in semetipso; sciens, quia sermo sale conditus quantum placuerit ad gratiam, tantum proderit ad salutem. Hæc interim de custodia civitatis, atque ornatu sponsæ, necnon et pastu ovium dicta sint.

10. Volo tamen adhuc eadem paulo expressius designare propter eos, qui dum avide nimis honoribus inhiant, minus provide gravibus se supponunt oneribus, exponunt periculis : ut sciant ad quid venerint, sicut scriptum est : *Amice, ad quid venisti?* Ni fallor, ad solam civitatis custodiam, ut quantum satis est procuretur, opus est viro forti, spirituali, fideli. Forti ad propulsandas injurias, spirituali ad deprehendas insidias, fideli qui non quæ sua sunt quærat. Porro autem ad mores honestandos vel corrigendos (quod utique ad decorem pertinet sponsæ) quis non liquido agnoscat pernecessariam fore cum multa quidem diligentia disciplinæ censuram? Eapropter omnis, cui hoc opus incumbit, oportet ferveat zelo illo, quo accensus præcipuus ille æmulator sponsæ Domini aiebat : *Æmulor vos Dei æmulatione; respondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Jam quomodo in pascua divinorum educet eloquiorum greges dominicos pastor idiota? Sed et si doctus quidem fuerit, non sit autem bonus; verendum ne non tam nutriat doctrina uberi, quam sterili vita noceat. Temere itaque et in hac parte hoc onus subitur absque scientia pariter, vitæque laudabili. Sed ecce, quod non laudamus, finis indicitur, ubi non erat finis. Evocamus in materiam alteram, et cui hæc cedere indignum. Angor undique, et quod ægrius feram ignoro, avelli ab ista, an distendi in illa : nisi quod utrolibet simul utrum-

tière • à laquelle il est indigne que celle-ci cède le pas. Je me trouve pressé de tous côtés, et je ne sais lequel des deux je dois souffrir plus impatiemment, ou d'être arraché de celle-ci, ou d'être contraint d'entrer en celle-là, à moins de dire que ces deux maux ensemble sont bien plus fâcheux que l'un d'eux en particulier. O servitude, ô nécessité ! Je ne fais pas ce que je veux, mais ce que je hais. Remarquez néanmoins s'il vous plaît où nous en sommes restés, afin que dès qu'il nous sera libre de reprendre ce discours, nous commençons par là au nom de l'époux de l'Église, Jésus-Christ Notre Seigneur, qui étant Dieu, est élevé au dessus de tout, et béni dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

SERMON LXXVII.

ver pour la fin où il craignait d'être à court, il entendit une voix du ciel qui lui dit : Si tu réserves cette pensée pour plus tard, tu n'en auras plus d'autre. » On voit par là, dit Manrique, que ce n'est pas lui qui parlait, mais que c'était Dieu même qui parlait en lui.

Doute au sujet de la ressemblance de l'âme avec Dieu, dont il a été parlé plus haut.

Tout prédicateur doit faire généralement part à ses auditeurs de ce que Dieu lui donne.

tudine, quæ in his tam eximie claret, non parvam cum Verbo habere affinitatem, sponso Ecclesiæ Jesu-Christo Domino nostro, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

SERMO LXXXII.

Qualiter anima similis Deo manens, per peccatum tamen dissimilis facta est in simplicitate, immortalitate, et libertate.

1. Quid vobis videtur? Possumusne jam regredi ad exponendi ordinem digressi sumus: quia patet propinquitas Verbi et animæ, pro qua utique demonstranda digressio ipsa facta est? Possemus (ut mihi videtur) nisi parum quid dubietatis in his, quæ dicta sunt, adhuc residere sentirem. Nil furari volo. Non libenter prætereo quod vobis utile putem. Et quomodo id audeam, de his præsertim quæ vobis accipio? Scio hominem aliquid aliquando inter loquendum ex his quæ suggerebat Spiritus, etsi non infideli, minus tamen fidenti animo retentantem et reservantem sibi, ut haberet

quod diceret denuo tractaturus; et ecce vox ad eum, ut quidem ei visum est: Donec istud tenebis, aliud non accipies. Quid si retinisset, non providendo suæ inopiæ, sed fraternalis profectibus invidendo? nonne merito et hoc ipsum, quod videbatur habere, auferretur ab eo? Quod quidem longe a servo vestro semper faciat Deus, sicut et semper fecit. Sic mihi jugiter abundare dignetur fons ille indeficiens sapientiæ salutaris, quomodo sine invidia vobis communicavi, et refudi quidquid mihi infundere hactenus dignatus est ipse. Si ego vos fraudo, a quo jam non verear ipse fraudari? Ne a Deo quidem.

2. Est itaque in his quæ dicta sunt aliquid, quod (ut vereor ego) offendiculum dare queat si non complanetur. Et, ni fallor, sunt de hic stantibus, quibus jam scrupulum movit quod dicere volo. Trina illa Verbi similitudo, quam animæ assignavimus, imo qua insignitam advertimus, recolisne quod etiam inseparabiliter inesse illi visa fuerit nobis? Id quidem videatur aliquibus scripturarum testimoniis obviare, ut verbi gratia, est illud in psalmis: *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis; et item illud: Mutaverunt gloriam suam in simi-*

C'est la
duplicité.

XLVIII, 21), et, ils ont changé leur gloire en la ressemblance d'un veau qui mange de l'herbe (*Psal.* cv, 20). » Et ce qui est dit au nom de Dieu : « Vous avez cru, méchant, que je serais semblable à vous (*Psal.* XLIX, 21), » et beaucoup d'autres passages qui semblent insinuer que, après le péché, la ressemblance de Dieu a été effacée en l'homme. Que répondrons-nous donc à cela ? Que ces trois choses ne sont point en Dieu, et qu'ainsi il en faut chercher d'autres en quoi nous mettions la ressemblance qu'il l'homme a avec lui ; ou qu'elles sont en Dieu, mais non dans l'âme, et qu'ainsi elle ne lui est point semblable ; ou qu'elles sont aussi dans l'âme, mais qu'elles peuvent n'y être pas, et pourtant qu'elles n'en sont pas inséparables ? A Dieu ne plaise que nous soyons dans aucun de ces sentiments. Elles sont en Dieu, elles sont en l'âme, et elles y sont toujours et nous n'avons point sujet de nous repentir d'aucune de ces propositions que nous avons avancées, tant elles sont toutes appuyées sur une vérité certaine et indubitable. Mais quand l'Écriture parle de la dissemblance qui est arrivée entre Dieu et l'homme, elle n'entend pas que cette ressemblance ait été effacée, mais qu'une autre y a été ajoutée. L'âme ne s'est pas dépouillée de sa forme naturelle, mais elle s'est revêtue comme d'une forme étrangère par dessus celle-là. L'une a été ajoutée, mais l'autre n'a pas été détruite, et celle qui est survenue a pu obscurcir la naturelle, mais non pas l'exterminer. « Leur cœur insensé, dit l'Apôtre, s'est obscurci (*Rom.* 1, 21). » Et un prophète : « Comment leur or s'est-il terni, et comment la couleur excellente qu'il avait a-t-elle été changée (*Thren.* iv, 1) ? » Il se plaint de ce que cet or se soit terni, mais il demeure pourtant toujours or ? Il se plaint que sa couleur excellente a changé, mais il ne dit pas que le fondement de cette couleur ait disparu.

La simplicité de l'âme demeure inébranlable dans son fondement ; mais elle ne paraît point, parce qu'elle est couverte de fourbe, de dissimulation et d'hypocrisie.

3. Que le mélange de la duplicité avec la simplicité naturelle de l'âme est laid et difforme ? Quelle indignité d'élever un édifice si pauvre sur un fondement si précieux ? C'est de cette duplicité que le serpent s'était revêtu, lorsque, pour séduire la femme, il faisait semblant de la conseiller en ami. C'est encore d'elle que se revêtaient aussi les citoyens du paradis terrestre, après qu'ils eurent été subornés par le serpent, lorsqu'ils tâchèrent de couvrir leur honteuse nudité par l'ombre d'un arbre touffu, par les feuilles dont ils se ceignaient, et par les paroles dont ils s'excusaient. A quelle distance, depuis lors, le venin héréditaire de l'hypocrisie n'a-t-il pas infesté leur postérité ! Donnez-moi un des enfants d'Adam qui veuille paraître ce qu'il est. Mais néanmoins la simplicité naturelle de l'âme ne laisse pas de subsister avec cette duplicité qu'elle tire de son origine, afin que ce rapprochement augmente sa confusion. L'immortalité y subsiste aussi toujours, mais une immortalité sombre et noire, comme couverte des ténèbres épaisses de la mort du corps. Car, bien qu'elle ne soit pas privée de la vie, néanmoins elle ne la peut plus rendre propre à son corps. Que dirai-je de ce qu'elle ne conserve pas même sa vie spirituelle ? Car l'âme qui pèche, mourra, dit Dieu dans un prophète. Cette double mort dans laquelle elle tombe ne rend-elle pas bien ténébreuse et bien misérable l'immortalité qui est attachée à sa nature ? Ajoutez à cela, que la pente qu'elle a vers les choses terrestres, qui toutes lui causent la mort, épaissit encore ses ténèbres, de sorte qu'une âme en cet état a le visage tout pâle et défait, et est une image de la mort. Et

Le venin de
l'hypocrisie
est héréditaire
chez les enfants
d'Adam.Quelle est
l'immortalité
de l'homme
après son
péché.Cette ressem-
blance n'est
pas détruite
par le péché.Il y en a une
autre qui
s'ajoute
à celle-là.

*litudinem vituli comedentis fœnum. sed et quod aperte dictum est in persona Dei : Existimasti inique, quod erotui similis; et pleraque alia, quæ similitudinem Dei in homine post peccatum deletam concorditer asseverare videntur. Quid ergo dicemus ad hæc ? Tria illa in Deo minime esse, et sic alia quærenda, in quibus similitudinem assignemus? aut esse quidem in Deo, sed non in anima, et ne sic quidem in his similitudinem inveniri ? aut esse anima, sed posse etiam non inesse, ac per hoc non inseparabilia esse ? Absit. Et in deo, et in anima sunt, et semper insunt : nec est quod nos aliquid horum dixisse pœniteat; ita totum subnixum est indubitata et absolutissima veritate. Sed quod Scriptura loquitur, sed quia alia superducta. Non plane anima nativam se exiit formam, sed superinduit peregrinam. Illa addita, non ista perdita est : et quæ supervenit, obscurare ingenitam potuit, sed non exterminare. Denique *obscuratum est insipientis cor illorum*, ait Apostolus, et propheta : *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus ? Obscuratum aurum plangit, sed aurum tamen; mutatum colorem optimum, sed non fundamentum coloris evulsum.**

Manet in fundamento prorsus inconcussa simplicitas, sed minime apparet duplicitate operata humanæ dolositatis, simulationis, hypocrisis.

3. Quam incongrue simplicitati duplicitas admiscetur, quam indigne tali fundamento talis structura committitur. Hujusmodi sibi versutiam serpens induerat, cum se, ut deciperet, consiliarium exhibebat, simulabat amicum. Hujusmodi quoque seducti ab eo paradisi incolæ induerant sibi, cum pudendam jam nuditatem tegere conarentur, et umbra frondosi ligni, et frondium succinctoriis, et verbis excusatoris. Quam late extunc et deinceps omnem posteritatem hæreditarium hypocrisis virus infecit ! Quem dabis de filiis Adam qui quod est, non dico velit, sed vel patiatu videri ? Sed perseverat nihilominus in omni anima cum originali duplicitate generalis simplicitas, ut de collatione confusio augeatur : perseverat æque immortalitas, sed fusca et tetra, irruente tenebrosa corporeæ mortis caligine. Nam et si non privatur vita, vitæ tamen beneficium suo corpori jam non sufficit vindicare. Quid quod ne suam quidem spiritualem duntaxat vitam retinet sibi ? Anima nempe quæ peccaverit, ipsa morie-

au lieu qu'étant d'une nature immortelle, elle devrait désirer des choses immortelles comme lui étant conformes, afin de paraître ce qu'elle est, et de vivre de la vie qui lui est propre; elle a des sentiments et des inclinations toutes contraires, et se rendant semblable aux choses mortelles et périssables, par une vie dégénérée de la noblesse de sa nature, elle obscurcit la blancheur de son immortalité par une malheureuse habitude, qui comme une poix sale et noire décolore sa beauté naturelle. Et comment le désir des choses mortelles ne rendrait-il pas mortelle l'âme qui est immortelle, puisque, comme dit le sage, on ne saurait manier de la poix sans se souiller (*Ecclesi. xiii, 1*)? En jouissant des biens mortels, elle s'est revêtue de la mortalité, et elle a défigurée sa robe d'immortalité par la ressemblance de la mort, mais elle ne s'en est pas dépouillée.

4. Considérez Ève, comment son âme immortelle a terni l'éclat de son immortalité en s'attachant aux choses mortelles. Pourquoi, étant immortelle, n'a-t-elle pas méprisé les choses mortelles et passagères pour se contenter des choses immuables et éternelles? « Elle vit, dit l'Écriture, que cet arbre était agréable à voir, et que le fruit en était fort bon à manger. » (*Gen. iii, 6*.) » Cette beauté, ô femme, que vous voyez dans cet arbre, et qui paraît si agréable à vos yeux, n'est pas la beauté qui vous est propre. Elle ne vous regarde que selon la partie de vous-même qui est de fange et de boue; elle ne vous est pas particulière, mais elle est commune à tous les animaux de la terre; la beauté qui vous appartient véritablement est autre, et vient d'ailleurs, elle est éternelle et c'est un rayon

de l'éternité. Pourquoi imprimez-vous à votre âme une autre forme, ou plutôt une difformité étrangère? Car, ce qu'elle souhaite d'avoir, elle craint de le perdre, et cette crainte, est une espèce de couleur qui, teignant la liberté, la couvre et se la rend semblable. Combien serait-il plus digne qu'elle ne désirât rien, afin qu'elle ne craignît rien, et que, ainsi elle défendît sa liberté de cette crainte servile, et demeurât dans sa vigueur et sa beauté originelles! Hélas! il n'en est pas ainsi. Sa couleur excellente a changé. Vous fuyez et vous vous cachez, vous entendez la voix du Seigneur, et vous vous retirez. Pourquoi cela, sinon parce que vous craignez celui que vous aimiez auparavant, et qu'une forme servile a remplacé la beauté de votre liberté.

5. Cette nécessité même volontaire, dont j'ai parlé ci-dessus, et cette loi des membres contraire à la loi de l'esprit opprime la liberté, et, attirant une créature libre par sa propre volonté, elle l'assujettit à une honteuse servitude, et la couvre de confusion et d'ignominie, en sorte que, au moins, selon la chair, elle obéit même malgré elle, à la loi du péché. Aussi, pour avoir négligé de défendre la noblesse de sa nature par l'innocence de ses mœurs, il est arrivé, par un juste jugement de son créateur, qu'elle s'est, non dépouillée de la liberté qui lui est propre, mais revêtue de sa propre honte, comme d'un voile épais. Je dis qu'elle s'est revêtue d'une seconde robe, parce que sa liberté demeurant à cause de la volonté, sa conduite toute servile fait voir qu'elle est accompagnée de nécessité et de contrainte. On peut dire la même chose de la simplicité et de l'immortalité de l'âme, et, si vous y prenez

Quelle est la liberté qui reste à l'homme devenu pécheur.

tur. Nonne morte ista duplici incursante, illa qualiscumque immortalitas, quam retentat, tenebrosa satis redditur, et misella? Adde quod appetentia terrenorum (quæ quidem omnia ad interitum sunt) densat tenebras, ita ut in anima sic vivente nil a parte aliqua nisi pallida facies et imago quædam mortis apparere cernatur. Cur non enim quæ immortalis est, similia sibi immortalia appetit et æterna, ut quod est appareat, et quod facta est vivat? Cæterum contraria sapit et quærit, et mortalibus sese degeneri conversatione conformans, immortalitatis candorem quodam mortiferæ consuetudinis picco colore denigrat. Quidni mortalium appetitus immortalis mortali similem; immortalis dissimilem faciet? *Qui tangit picem, ait Sapiens, inquinabitur ab ea.* Fruendo mortalibus mortalitatem se induit, et vestem immortalitatis incidente mortis similitudine decoloravit, non exuit.

4. Evam attende, quomodo ejus anima immortalis, immortalitatis suæ gloriæ secum mortalitatis invexit, mortalia utique affectando. Ut quid enim, cum immortalis esset, mortalia non contempsit et transitoria, contenta sibi similibus, immortalibus et æternis? *Vidi, inquit, lignum quod esset pulchrum oculis, et aspectu delectabile, ac suavè ad vescendum.* Non est tua, o mulier, ista suavitas, ista delectatio, istaque pulchritudo: et si sua pro parte luti, non tua solius, sed communis cunctis ani-

mantibus terræ. Tua, quæ vere tua est, aliunde, et alia est: nam æterna est de æternitate. Quid tu animæ tuæ aliam formam, imo deformitatem imprimis alienam? Enimvero quod delectat habere, id etiam perdere timet: et timor color est. Is libertatem dum tingit, tegit, et eam nihilominus sibimet reddit dissimilem. Quam dignus sua origine nihil cuperet, ubi nihil metueret, ac per hoc a servili timore isto ingentem sibi defendere libertatem, manentem in vigore et decore suo! Heu non ita est! mutatus est color optimus. Fugitas, et latitas: audis vocem Domini Dei, et abscondis te. Cur hoc, nisi quia quem amabas times, et libertatis speciem forma servilis exclusit?

5. Sed et voluntaria illa necessitas, et contraria lex inflicta membris (de qua proximo sermone disserui) eidem incubat libertati, et liberam naturam creaturam per propriam ipsius voluntatem, dum allicit, subjicit servituti, implens faciem ejus ignominia, ita ut vel carne serviat legi peccati, et non volens. Quia ergo naturæ ingenuitatem morum probitate defensare neglexit justo auctoris judicio factum est, non quidem ut libertate propria nudaretur, sed tamen superindueretur, *sicut diploide, consufiono sua.* Et bene sicut diploide, ubi veste veluti duplicata, manente libertate propter voluntatem servilis nihilominus conversatio necessitatem probat

C'est avec raison que l'homme ne soupirent qu'après les choses mortelles est mortel.

garde, vous ne trouverez rien en elle qui ne soit couvert de cette double robe de ressemblance et de dissemblance. N'est-ce pas une double robe lorsque la fraude est comme attachée et cousue, pour ainsi dire, à la simplicité, la mort, à l'immortalité, la nécessité, à la liberté? Car la duplicité de cœur ne détruit point la simplicité de son essence, la mort volontaire du péché, ou naturelle du corps, ne ruine point l'immortalité de sa nature, ni la nécessité d'une servitude volontaire n'éteint point la liberté de son libre arbitre. Ainsi ces maux étrangers ne succédant pas, mais étant ajoutés aux biens qui lui sont naturels, ils les défigurent sans les exterminer. De là vient que l'âme est différente d'elle-même. C'est pour ce sujet qu'elle est comparée aux bêtes brutes (*Psal. XLVIII, 3*), et qu'elle leur est devenue semblable. C'est ce qui fait dire qu'elle a changé sa gloire en la ressemblance d'un veau qui mange de l'herbe (*Psal. CV, 20*); que les hommes comme des renards, ont des tanières de duplicité et de fraude, et comme ils se sont rendus semblables aux renards, ils en seront la proie. C'est encore pour cela que, selon Salomon, l'homme et la bête ont une même fin (*Ecc. III, 19*). Et pourquoi, ceux qui ont vécu de même ne mourraient-ils pas aussi de même? Il s'est attaché aux choses terrestres, comme les bêtes, il les quittera aussi comme les bêtes. Écoutez encore une autre pensée là dessus. Pourquoi s'étonner que nous sortions de cette vie de là même manière que les bêtes, puisque nous y sommes entrés de même qu'elles? Car, d'où vient, sinon de leur ressemblance avec les bêtes, que les hommes ressentent une ardeur si violente, pour les rapprochements sexuels et une douleur si excessive

La peine du péché.

L'homme réduit à la ressemblance des bêtes.

Hoc de simplicitate, hoc de immortalitate animæ advertere est; et nil tibi in ea, si bene consideres apparerebit, quod non sit istiusmodi similitudinis pariter et dissimilitudinis diploide adoptum. An non diplois, ubi non innata, sed affixa, et quadam quasi acu peccati assumta est simplicitati fraus, immortalitati mors, necessitas libertati? Neque enim essentiali simplicitati præscribit duplicitas cordis; non naturæ immortalitati mors, aut voluntaria peccati, aut necessaria corporis; non arbitrii libertati necessitas voluntariæ servitutis. Ita bonis naturæ mala adventitia, dum non succedunt, sed accedunt, turpant utique ea, non exterminant; conturbant non deturbant. Inde anima dissimilis Deo, inde dissimilis est et sibi: inde comparata jumentis insipientibus, et similis facta est illis: inde quod legitur commutasse gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum: inde homines, tanquam vulpes, duplicitatis et fraudis foveas habent: et quia pares vulpidus se fecerunt, partes vulpium erunt: inde, juxta Salomonem, *unus exitus homini et jumento*. Quidni similiter exeat, qui similiter vixit? More bestiali incubuit terrenis, morte bestiali excedet terris. Audi aliud. Quid mirum si similem sortitur exitum, qui et similem habemus introitum? Unde enim hominibus, nisi de similitudine bestiali, ille tam intemperans ardor in coitu, tam immoderatus delor in

partu? Ita homo in conceptu et ortu, in vita et morte comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.

6. Que dirai-je de ce qu'une créature libre ne gouverne pas en reine la concupiscence, et ne se la soumette pas; mais la suive et lui obéisse comme une servante? Ne se met-elle pas encore, en ce point, au rang des animaux sans raison, à qui la nature n'a point donné de liberté, mais qu'elle a réduits comme en servitude pour servir à leur appétit? N'est-ce pas avec raison, que Dieu a honte d'être estimé semblable à un homme qui est tel, et qu'il dit: « Vous avez cru, méchant, que je serais semblable à vous (*Psal. XLIX, 21*). » Et il ajoute: « Je vous hâlierai, et vous ferai voir à vous-même, dans toute votre laideur. » Ce n'est pas à une âme qui se voit et qui se connaît, de croire que Dieu lui est semblable, surtout à une âme comme la mienne, méchante et pécheresse. Car c'est celle qui est de la sorte que Dieu reprend ainsi: « Vous avez cru, méchant »; non pas, vous avez cru, homme, ou bien, vous avez cru, ô âme, que je serais semblable à vous. Mais, si le méchant est mis devant ses propres yeux, et se trouve comme devant la face pâle et défigurée de son homme intérieur, en sorte qu'il ne puisse pas ne point voir l'impureté de sa conscience, les ordures de ses péchés, la difformité de ses vices, il ne pourra pas croire que Dieu soit semblable à lui, mais, je crois que cette différence si grande le portera à s'écrier: « Seigneur, qui est semblable à vous (*Psal. XXXIV, 10*)? » Ce qui s'en'end de cette ressemblance nouvelle et volontaire. Car, la première ressemblance demeure toujours; et

partu? Ita homo in conceptu et ortu, in vita et morte comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.

6. Quid quod libera creatura sibi subditum appetitum non regit ut domina, sed sequitur et obsequitur ut ancilla? Nonne et in hoc se assimilât et annumerat cæteris animantibus, quæ natura non in libertatem vocavit, sed condidit in servitutem servire suo ventri, appetitui obedire? Nonne tali merito confunditur perhiberi vel existimari similis Deus? Ideoque ait: *Existimasti inique, quod ero tui similis*. et insert: *Arguam te, et statuum contra faciem tuam*. Non est sese videntis animæ, Deum existimare similem sibi, animæ duntaxat (qualis mea est) peccatrici et iniquæ. Ejusmodi namque arguitur: *Existimasti inique, ait; et non dicit, existimasti anima, vel existimasti homo, quod ero tui similis*. Sed si statuatur iniquus ante faciem suam, et contra vultum quemdam morbidum putidumque interioris hominis sui sistatur, ut dissimulare aut declinare non queat impuritatem conscientie suæ, sed videat vel invitus sordes peccatorum suorum, vitiorum inspiciat deformitatem; nequaquam jam poterit existimare Deum fore similem sibi, sed quasi diffidens pro tanta dissimilitudine quam videbit, puto exclamabit, et dicet: *Domine, quis similis tibi?* quod quidem dictum pro voluntaria illa et novitia dis-

c'est ce qui rend cette différence encore plus insupportable. O que l'une est un grand bien, et que l'autre est un grand mal ! Chaque chose néanmoins, en son genre, paraît davantage par la comparaison de l'une et de l'autre.

7. Lorsque l'âme voit en elle-même des choses si différentes et si opposées, comment donc ne s'écriera-t-elle point entre l'espérance et le désespoir : « Seigneur, qui est semblable à vous (*Psal. xxxiv, 10*) ? » Un si grand mal la porte au désespoir, mais un si grand bien la rappelle et lui donne quelque espérance. De là vient que plus elle se déplaît dans le mal qu'elle voit en soi, plus elle aspire avec ardeur au bien qu'elle voit aussi, et désire de devenir semblable à celui à l'image de qui elle a été formée, c'est-à-dire simple, droite, craignant Dieu, et s'éloignant du mal. Et comment ne pourrait-elle point s'éloigner d'où elle a pu s'approcher ? ou s'approcher d'où elle a pu s'éloigner. Ce que néanmoins elle doit présumer de la grâce, non de la nature, ni même de son travail. Car c'est la sagesse qui surmonte la malice (*Sap. vii, 30*), non le travail ou la nature. Et elle a sujet de l'espérer ; car naturellement elle est tournée vers le Verbe. La noble alliance de l'âme avec le Verbe et sa ressemblance éternelle dont je vous entretiens depuis trois jours, n'est point oisive dans le Verbe. Il daigne s'associer selon l'esprit celle qui lui est semblable selon la nature. Et certes naturellement chacun cherche son semblable. Écoutez la voix de celui qui la cherche : « Revenez, Sulamite, revenez afin que nous vous voyions (*Cant. vi, 12*). » Celui qui ne la pouvait voir lorsqu'elle lui était dissemblable, la verra volontiers lorsqu'elle lui sera semblable

et se fera voir d'elle. « Car nous savons que lorsqu'il apparaîtra nous lui serons semblables, parce que nous le verrons tel qu'il est (*Joan. iii, 2*). » Croyez donc que ce qu'elle dit « Seigneur, qui est semblable à vous (*Psal. xxxiv, 10*) ? » c'est plutôt parce que cela est difficile que parce qu'elle le juge absolument impossible.

8. Ou, si vous l'aimez mieux, c'est le cri de l'admiration. Certes, c'est une ressemblance surprenante et admirable que celle que la vision de Dieu accompagne, ou plutôt qui est cette vision même. J'entends parler de la vision qui se fait dans l'amour, car l'amour est cette vision et cette ressemblance. Qui ne s'étonnerait de la bonté de Dieu qui rappelle l'âme qui l'a méprisée ? C'est certainement avec raison que le méchant, que nous avons représenté ci-dessus comme usurpant la ressemblance de Dieu, est repris par lui, puisque, en aimant l'iniquité, il ne peut ni s'aimer soi-même, ni aimer Dieu ; car il est écrit, « que celui qui aime l'iniquité, hait son âme (*Psal. x, 1*). » L'iniquité donc, qui est cause de la différence qui se trouve en partie entre Dieu et l'âme, étant ôtée, il y aura entre eux une union parfaite d'esprit, une vision mutuelle, et un amour réciproque. Car lorsque ce qui est parfait arrivera, ce qui est imparfait sera détruit, (*I Cor. xiii*). et il y aura entre Dieu et l'âme un amour chaste et consommé, une pleine connaissance, une vision manifeste, une union ferme, une société indivisible, une ressemblance parfaite. Alors l'âme connaîtra Dieu comme elle est connue de lui ; elle l'aimera comme elle en est aimée, et l'Époux se réjouira de son Épouse, parce que la connaissance et l'amour seront réciproques entre elle et lui

La charité est une vision.

similitudine. Nam manet prima similitudo : et ideo illa plus displicet, quod ista manet. O quantum bonum ista, quantumque malum illa ! Ex mutua tamen collatione utraque res in genere suo plus eminent.

7. Cum ergo anima tantam in se una rerum distantiam cernit, quidni clamet, inter spem et desperationem utique posita : Domine, quis similis tui ? Trahitur in desperationem pro tanto malo : sed revocatur in spem a tanto bono. Inde est, ut quo sibi plus displicet in malo quod in se videt, eo se ardentius ad bonum, quod æque in se conspicit, trahat, cupiatque fieri ad quod facta est, simplex et recta, et timens Deum, ac recedens a malo. Quidni recedere possit, ad quod accedere potuit ? Quidni accedere, a quo recedere potuit ? Quod tamen utrumque dixerim de gratia præsumendum, non de natura, sed ne de industria quidem. Nepe *Sapientia vincit malitiam*, non industria, vel natura Nec deest occasio præsumendi : ad Verbum est conversio ejus. Non est apud Verbum otiosa animæ generosa cognatio, de qua triduo jam tractamus, et cognationis testis similitudo perseverans. Dignanter admittit in societatem Spiritus similem in natura. Et certe de ratione naturæ, similis similem quærit. Vox requirentis : *Revertere Sulamitis revertere ut intueamur te*. Intuebitur similem, qui dissimilem non videbat : sed et se intuendum præstabit. *Scimus quoniam cum ap-*

paruerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Puta ergo de difficultate magis, quam de impossibilitate venire illam percunctationem : *Domine, quis similis tibi ?*

8. Aut, si hoc magis probas, vox est admirantis. Admiranda prorsus et stupenda illa similitudo, quam Dei visio comitatur, imo quæ Dei visio est : ego autem dico in charitate. Charitas illa visio, illa similitudo est. Quis non stupeat charitatem Dei spreti et revocantis ? Merito iniquus arguitur ille, qui supra inductus est, Dei similitudinem usurpans sibi, cum diligendo iniquitatem, neque possit se diligere, neque Deum ; sic enim habes : *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam*. Facta igitur de medio iniquitate, quæ eam quæ ex parte est dissimilitudinem facit, erit unio spiritus, erit mutua visio, mutuaque dilectio. Siquidem veniente quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est ; eritque ad alterutrum casta et consummata dilectio, agnitio plena, visio manifesta, conjunctio firma, societas individua, similitudo perfecta. Tunc cognoscet anima, sicut cognita est ; tunc amabit, sicut amata est ; et gaudebit Sponsus super Sponsam, cognoscens et cognitus, diligens et dilectus, Jesus-Christus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

L'homme peut néanmoins réparer sa ressemblance avec le secours de la grâce.

qui étant Dieu et élevé par dessus tout est béni dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

SERMON LXXXIII.

Comment l'âme, quelque chargée de vices qu'elle soit, peut encore, par un amour chaste et saint, recouvrer sa ressemblance avec l'Époux, c'est-à-dire, avec le Christ.

1. Nous avons employé pendant trois jours, tout le temps que nous nous sommes donné pour vous parler, à expliquer l'affinité de l'âme avec le Verbe. Mais quel est le profit qu'on peut tirer de ce travail ? Le voici. Nous avons fait voir que toute âme, bien que chargée de vices, enveloppée de péchés, comme de filets, charmée par les attraits de la volupté, captive dans son exil, enfermée dans son corps comme dans une prison, enfoncée dans la boue, plongée dans la fange, attachée à ses membres, accablée de soins, absorbée par les affaires, saisie de crainte, pressée de douleurs, dévoyée par l'erreur, rongée d'ennuis, inquiétée de soupçon, et enfin étrangère sur la terre de ses ennemis (*Bar. III, 11*), comme parle le Prophète, souillée avec les morts, réputée du nombre de ceux qui sont dans l'enfer, qu'une âme, dis-je, ainsi damnée et désespérée, peut trouver dans elle-même, non-seulement de quoi respirer dans l'espérance du pardon, et de la miséricorde, mais encore de quoi oser aspirer aux noces célestes du Verbe, à contracter alliance avec Dieu, et à porter le joug agréable de l'amour avec le roi des anges. Car, que ne peut-elle point entreprendre avec confiance auprès de

L'âme, quelque chagrée de vices qu'elle soit, est encore capable de la grâce et de la félicité.

SERMO LXXXIII.

Qualiter anima, quantumcumque vitii corrupta per amorem castum et sanctum potest redire ad similitudinem Sponsi, id est Christi.

1. Quantum quidem regularis hora permisit, quam nobis constituimus ad loquendum, triduum * hoc in demonstranda Verbi animæque affinitate expensum est. Quæ utilitas in omni labore isto ? Nempe hæc. Docuimus omnem animam, licet oneratam peccatis, vitiiis irretitam, captam illecebris, exsilio captivam, corpore carceratam, luto hærentem, infixam limo, affixam membris, confixam curis, distentam negotiis, contractam timoribus, afflictam doloribus, erroribus vagam, sollicitudinibus anxiam, suspicionibus inquietam, et postremo advenam in terra inimicorum, juxta Prophetæ vocem, coinquinatam cum mortuis, deputatam cum his qui in inferno sunt ; licet, inquam, sic damnatam, et sic desperatam ; docuimus tamen hanc in sese posse advertere, non modo unde respirare in spem veniæ, in spem misericordiæ queat ; sed etiam unde audeat adspirare ad nuptias Verbi, cum Deo inire fœdus societatis non trepidet, suave amoris jugum cum rege ducere angelorum non vereatur.

* *at. biduum.*

celui dont elle sait qu'elle porte encore l'image et la ressemblance ? Quel sujet a-t-elle d'appréhender une si haute majesté, lorsqu'elle considère la noblesse de son origine ? Tout ce qu'elle a à faire, c'est d'avoir soin de conserver la pureté de sa nature par l'honnêteté de sa vie, ou plutôt d'orner et d'embellir par quantité de vertus et de bonnes œuvres, comme par de riches couleurs, cette image illustre qui est imprimée par la création dans le fond de son être.

2. Car pourquoi demeure-t-elle oisive et inutile ? Certes le travail et l'industrie sont un grand don de la nature ; et si nous ne les employons, toutes ses bonnes inclinations ne se perdront-elles pas, ne demeureront-elles pas endormies ou assoupies ? Et quelle plus grande injure peut-on faire à son auteur ? C'est pourquoi Dieu même a voulu qu'il se conservât toujours en l'âme comme une étincelle de vertu et de générosité, afin que cette ressemblance qu'elle a avec le Verbe, l'avertisse sans cesse ou de demeurer avec lui, ou d'y retourner lorsqu'elle l'a quitté. Or, elle ne les quitte pas en sortant d'un lieu, ou en marchant avec les pieds, mais elle les quitte à la manière des substances spirituelles, c'est-à-dire par ses affections, lorsqu'elle se rend dissemblable à soi-même, et qu'elle dégénère de sa noblesse, par le dérèglement de sa vie et de sa conduite ; cette dissemblance néanmoins, n'est pas une extinction, mais un vice de sa nature, qui en relève autant le bien par la comparaison, qu'elle le souille par son union. Mais le retour de l'âme, c'est la conversion au Verbe, pour être réformée par lui, et pour lui être rendue conforme. Car il est écrit : « Soyez les imitateurs de Dieu,

Pourquoi l'image de Dieu demeure-t-elle empreinte dans l'homme.

Quid enim non tute audeat apud eum, cujus se insignem cernit imagine, illustrem similitudine novit ? Quid, inquam, vereatur de majestate, cui de origine fiducia datur ? Tantum est ut curet naturæ ingenuitatem vitæ honestate servare, imo cœlesti decus, quod sibi originaliter inest, dignis quibusdam studeat morum affectuumque venustare et decorare coloribus.

2. Ut quid enim dormitet industria ? Grande profecto in nobis donum naturæ ipsa est : quæ si minus sua exsequatur partes, nonne quod reliquum habet natura in nobis, totum turbabitur, totum quasi quadam vetustatis operietur rubigine. Id quidem injuria auctori. Et utique ad hoc auctor ipse Deus divinæ insigne generositatis perpetuo voluit in anima conservari, ut semper hæc in sese ex Verbo, aut redire, si mota fuerit. Non mota quasi locis migrans, aut pedibus gradiens, sed mota (sicut substantiæ utique spiritali moveri est) cum suis affectibus, imo defectibus, a se quodam modo in pejus vadit, cum se sibi vitæ et morum pravitate dissimilem facit, reddit degenerem : quæ tamen dissimilitudo non naturæ abolitio, sed vitium est, bonum ipsum naturæ quantum sui comparatione attollens, tantum fœdans conjunctione. Jam vero animæ reditus, conversio ejus ad Verbum, reformandæ per ipsum, conformandæ ipsi. In quo ? In charitate. Ait enim : *Estote imitatores Dei, sicut filii cha-*

comme des enfants très-chers, et aimez-le constamment, puisque Jésus-Christ vous a tant aimés (*Ephes. III, 1*). »

La conformité de l'âme avec le Verbe unit l'une à l'autre.

3. C'est cette conformité qui fait un mariage entre l'âme et le Verbe, lorsque lui étant semblable par sa nature, elle tâche encore de lui ressembler par sa volonté, en l'aimant comme elle est aimée de lui. Si donc elle l'aime parfaitement, elle devient son épouse. Qu'y a-t-il de plus agréable que cette conformité, qu'y a-t-il de plus désirable que cet amour, qui fait que l'âme, ne se contentant pas des instructions qu'elle reçoit des hommes, s'approche hardiment elle-même du Verbe, s'attache fermement à lui, l'interroge et le consulte familièrement sur toutes choses, la capacité de son intelligence devenant la mesure de la hardiesse de ses désirs. Voilà le contrat d'un mariage vraiment sacré et spirituel; c'est trop peu dire, ce n'est pas un contrat, c'est un embrassement, oui, un embrassement, puisque la liaison parfaite de leurs volontés ne fait qu'un esprit de deux. Et il ne faut point appréhender que l'inégalité des personnes, rende défectueuse en quelque chose la conformité de leurs volontés. Car l'amour ne sait ce que c'est que la crainte respectueuse. L'amour tire son nom d'aimer, non pas d'honorer, que celui qui est frappé d'horreur, d'étonnement, de crainte, ou d'admiration, honore si bon lui semble : toutes ces choses n'ont point lieu dans un amant. L'amour est tout plein de soi. Lorsque l'amour naît dans une âme, il absorbe en lui toutes les autres passions. C'est pourquoi celle qui aime, aime, et ne sait rien autre chose. Celui qui, avec raison, mérite d'être honoré et admiré, aime mieux néanmoins

L'amour absorbe tous les autres sentiments.

être aimé. Ce sont l'époux et l'épouse. Quelle autre liaison voulez-vous qu'il y ait entre des époux, en dehors de celle qui consiste à aimer, et à être aimé? Ce nœud est même plus étroit que celui qui unit les pères aux enfants. C'est pourquoi, le Sauveur dit dans l'Évangile, que « l'homme laissera son père et sa mère, et s'attachera à son épouse (*Matth. XIX, 5*). » Voyez-vous comme cette passion ne surmonte pas seulement dans des époux toutes les autres passions, mais se surmonte encore elle-même.

Ce qui est vrai surtout de l'amour conjugal.

4. Ajoutez à cela que cet époux n'est pas seulement amant, mais amour. N'est-il point aussi honneur? Le soutienne qui voudra, je ne l'ai point lu; mais j'ai lu que Dieu est amour (*1 Joan. IV, 16*). Ce n'est pas que Dieu ne veuille être honoré, puisqu'il dit : « Si je suis Père, où est l'honneur qu'on me doit (*Malac. III, 6*) ? » Il dit cela comme père. Mais s'il parle comme époux, ne dira-t-il pas; si je suis époux, où est l'amour qui m'est dû? Car il a dit aussi auparavant : « Si je suis Seigneur, où est la crainte qu'on doit avoir pour moi (*Ibid.*) ? » Dieu donc demande qu'on le craigne comme Seigneur, qu'on l'honore comme père, et qu'on l'aime comme époux. Laquelle de ces trois choses est la plus excellente? C'est l'amour. Sans lui la crainte est pénible, et l'honneur sans récompense. La crainte est servile tant qu'elle n'est point affranchie par l'amour, et l'honneur qui ne part pas de l'amour n'est pas un honneur, mais une flatterie. Et certes l'honneur et la gloire ne sont dus qu'à Dieu, mais il n'acceptera ni l'une ni l'autre de ces deux choses, si elles ne sont comme assaisonnées du miel de l'amour. L'amour est seul suffisant par lui-même.

Dieu aime mieux être aimé que craint et honoré.

rissimi; et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit vos.

3 Talis conformitas maritat animam verbo, cum cui videlicet similis est per naturam, similem nihilominus ipsi se exhibet per voluntatem, diligens sicut dilecta est. Ergo si perfecte diligit, nupsit. Quid hac conformitate jucundius? quid optabilius charitate, qua fit, ut humano magisterio non contenta, per temet, o anima, fiducialiter accedas ad Verbum, Verbo constanter inhæreas, Verbum familiariter percuncteris, consultesque de omni re, quantum intellectu capax, tantum audax desiderio? Vere spiritualis, sanctique connubii contractus iste. Parum dixi, contractus: complexus est, complexus plane, ubi idem velle, et nolle idem. unum facit spiritum de duobus. Nec verendum ne disparitas personarum claudicare in aliquo faciat convenientiam * voluntatum, quia amor reverentiam nescit. Ab amando quippe amor, non ab honorando denominatur. Honoret, sane qui horret, qui stupet, qui metuit, qui miratur: vacant hæc omnia penes amantem. Amor sibi abundat: amor ubi venerit, cæteros in se omnes traducit et captivat affectus. Propterea quæ amat, amat, et aliud novit nihil. Ipse qui honori merito, merito stupori et miraculo est: amor tamen plus amat. Sponsus, et sponsa sunt. Quam quæris aliam inter sponsos necessitudinem

* al. conniventiam.

vel connexionem, præter amari, et amare? Hic nexus vincit etiam quod natura arctius vinxit, vinculum parentum ad filios. Denique propter hoc, ait, *relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhærebit sponsæ.* Vides iste affectus quam sit in sponsis, non cæteris tantum affectibus, sed etiam seipso potentior.

4. Adde quod iste sponsus non modo amans, sed amor est. Numquid honor? Contendat quis esse: ego non legi. Legi autem quia *Deus charitas est*; et non quia honor est, vel dignitas legi. Non quia honorem non vult Deus, qui ait: *Si ego pater, ubi est honor meus?* Verum id Pater. Sed si sponsum exhibeat, puto quia mutabit vocem, et dicet: *Si ego sponsus, ubi est amor meus?* Nam et ante ita locutus est: *Si ego ut Dominus, ubi est timor meus?* Exigit ergo Deus timeri ut Dominus, honorari ut Pater, et ut sponsus amari. Quid in his præstat, quid eminet? Nempe amor. Absque hoc et timor pœnam habet, et honor non habet gratiam. Servilis est timor, quandiu ab amore non manu-mittitur. Et qui de amore non venit honor, non honor, sed adulatio est. Et quidem soli Deo honor et gloria: sed horum neutrum acceptabit Deus, si melle amoris condita non fuerint. Is per se sufficit, is per se placet, et propter se. Ipse meritum, ipse præmium est sibi. Amor præter se non requirit causam, non fructum. Fructus ejus, usus ejus. Amo, quia

L'amour seul
se suffit.

L'amour est seul agréable par lui-même et pour lui-même. L'amour est à soi-même son mérite et sa récompense. Il ne cherche hors de soi, ni raison, ni avantage. J'aime parce que j'aime, j'aime pour aimer. L'amour est une grande chose, si néanmoins il retourne à son principe, s'il remonte à son origine et à sa source, s'il en tire toujours comme de nouvelles eaux pour couler sans cesse. De tous les mouvements de l'âme, l'amour est le seul par lequel la créature raisonnable peut en quelque sorte reconnaître les grâces qu'elle a reçues de son créateur. Par exemple, si Dieu est en colère contre moi, me mettrais-je aussi en colère contre lui ? Nullement. Mais je m'humilierai, je tremblerai devant lui, je lui demanderai pardon. De même s'il me reprend, je ne le reprendrai pas de mon côté, mais je reconnaitrai qu'il me reprend avec justice. S'il me juge, je ne le jugerai pas, mais je l'adorerai. Lorsqu'il me sauve, il n'exige pas de moi que je le salue, ni que je le délivre, parce que c'est lui qui délivre et sauve tout le monde. S'il use de l'empire qu'il a sur moi, il faut que je le serve ; s'il me commande quelque chose, il faut que j'obéisse, et non pas que j'exige du Seigneur le même service ou la même obéissance que je lui rends. Quelle différence quand il s'agit de l'amour ! Lorsque Dieu aime, il ne demande autre chose que d'être aimé, parce qu'il n'aime qu'afin d'être aimé, sachant que ceux qui l'aiment deviendront bienheureux par cet amour même.

L'amour seul
nous permet
de nous
acquitter
envers Dieu.

Le pur amour
n'est point
un amour
mercenaire,
toutefois il
ne va point
sans sa
récompense.

5. L'amour, comme je l'ai déjà dit, est une grande chose, mais il a des degrés. L'épouse est au plus élevé. Les enfants aiment, mais ils pensent à l'héritage ; et dans la crainte qu'ils ont de le perdre, ils ont plus de respect que d'amour. Cet amour-

amo ; amo, ut amem. Magna res amor, si tamen ad suum recurrat principium, si suæ origini redditus, si refusus suo fonti semper ex eo sumat, unde jugiter fluat. Solus est amor ex omnibus animæ motibus, sensibus atque affectibus, in quo potest creatura, etsi non ex æquo, respondere auctori, vel de simili mutuum rependere vicem. Verbi gratia, si mihi irascatur Deus, num illi ego similiter reirascar ? Non utique, sed pavebo, sed contremiscam, sed veniam deprecabor. Ita si me arguat, non redarguetur a me, sed ex me potius justificabitur, Nec si me judicabit, judicabo ego eum, sed adorabo : et salvans me non quærit a me ipse salvari, nec vicissim eget ab aliquo liberari, qui liberat omnes. Si dominatur me oportet servire : si imperial, me oportet parere ; et non vicissim a Domino vel servitium exigere, vel obsequium. Nunc jam videas de amore quam aliter sit. Nam cum amat Deus, non aliud vult quam amari : quippe non ad aliud amat nisi ut ametur, sciens ipso amore beatos qui se amaverint.

5. Magna res amor : sed sunt in eo gradus. Sponsa in summo stat. Amant enim et filii, sed de hæreditate cogitant : quam dum verentur quoquo modo amittere, ipsum a quo exspectatur hæreditas, plus reverentur, minus amant. Suspectus est mihi amor, cui aliud quid

là m'est suspect, il semble n'être produit que par l'espérance d'acquérir quelque autre chose. Il est faible, puisque cette espérance venant à être ravie, il s'éteint ou diminue beaucoup. Il n'est pas pur, puisqu'il désire autre chose que ce qu'il aime. L'amour pur n'est point mercenaire. Il ne tire point sa force de l'espérance, et néanmoins il n'entre point en défiance. C'est l'amour de l'épouse, parce que tout ce qu'elle est n'est qu'amour. Le bien et l'espérance unique de l'épouse, c'est l'amour. L'épouse le possède en abondance, l'époux en est content. Il ne lui demande point autre chose, elle n'a rien autre chose à lui donner. C'est ce qui fait que l'un est époux, et l'autre épouse. Cet amour est propre aux époux, et personne n'y a part, pas même le Fils. Car il crie aux enfants : « Où est l'honneur qui m'est dû (*Mala. 1*) ? » Il ne dit pas, où est l'amour qui m'est dû, parce qu'il réserve cette prérogative à l'Épouse. Ainsi nous voyons que Dieu commande aux enfants d'honorer leur père et leur mère (*Deut. v, 16*), et il ne parle point de les aimer, non qu'ils ne le doivent faire, parce qu'il y en a plus qui sont portés à les honorer qu'à les aimer. Il est vrai qu'un roi désire que l'honneur qu'il fait, soit reçu avec respect ; mais l'amour de l'Époux, ou plutôt l'Époux qui est l'amour même, ne demande en échange que l'amour et la fidélité. Qu'il soit donc permis à l'Épouse de l'aimer. Et comment ne l'aimerait-elle pas, puisqu'elle est épouse, et l'épouse de l'amour ; comment n'aimerait-elle pas l'amour même ?

6. C'est avec raison que, renonçant à toute autre pensée, elle est toute entière à l'amour, puisqu'elle peut reconnaître celui qui est amour par un amour réciproque. Car quand elle fondrait tout entière

Notre amour
comparé
à l'amour
de Dieu n'est
rien.

adipiscendi spes suffragari videtur. Infirmus est, qui forte spe subtracta, aut exstinguitur, aut minuitur. Impurus est, qui et aliud cupit. Purus amor mercenarius non est. Purus amor de spe vires non sumit, nec tamen diffidentia damna sentit. Sponsæ hic est, quia hoc sponsa est quæcumque est. Sponsæ res et spes unus est amor. Hoc sponsa abundat, hoc contentus est sponsum. Nec is aliud quærit, nec illa aliud habet. Hinc ille sponsus, et sponsa illa est. Is sponsis proprius est quem alter nemo attingat, nec filius quidem. Denique ad filios clamat : *Ubi est honor meus ?* et non, *Ubi est amor meus* dicit, servans sponsæ prærogativam. Sed et jubetur homo honorare patrem suum et matrem suam, et de amore tacetur, non quia non amandi sint parentes a filiis, sed quia multi filiorum honorare parentes magis, quam amare affecti sunt. Esto quod honor regis judicium deligat : sed sponsi amor, imo sponsus amor solam amoris vicem requirit et fidem. Liceat proinde redamare dilectam. Quidni amet sponsa, et sponsa amoris ? Quidni ametur amor ?

6. Merito cunctis renuntians affectionibus aliis, soli et tota incumbit amori, quæ ipsi respondere amori habet in reddendo amore. Nam et cum se totam essunderit in amorem, quantum est hoc ad illius fontis perenne profuvium ? Non plane pari ubertate fluunt amans et amor

